

S. PETRUS DAMIANUS.

demulcent, interiores oculos ne solita luce perfuerantur, excœcant. Epist. 12, ad *Desiderium Abbat.*

103. Adulator oculis gliscit, gestibus innuit, festivitatem sereni cordis ore præterdit. Opusc. 22, cap. 1.

104. Palpantes adulatores, tanquam serpentine morsus venena devita. Opusc. 49, cap. 2.

105. Adulatorem nemo amicum dixerit; est enim adulatio vitium amicitie. Lib. 2. *Legis allegor.*

106. Plus nocet blanda laus stulti, quam dura correptio Justi. In *Hortulo Rosar.*, cap. 8, sect. 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ANTISTHENES PHILOSOPH.

107. Satius est in corvos, quam in adulatores incidere: illi mortuum exedunt, hi vivum etiam. In *Sent.*

ARISTOTELIS.

108. Sicut assentatores omnes, mercenarii quidam sunt, sic humiles et demissi homines assentatores sunt. Lib. *de Moribus*, cap. 3.

109. Magna pars hominum assentatorum amatrix et cupida est. *Ibid.*, lib. 8, cap. 8.

110. Assentator amicus est inferior, seu qui ab altero superatur: vel certe sese talem esse simulat, amareque magis, quam amari. *Ibid.*

CICERO.

111. Nolo esse laudator, ne videar adulator. Lib. 4, de *Arte Rhetor.* ad *Herennium.*

112. Cavendum est ne assentatoribus pafefaciamus aures; neque adulari nos sinamus, in quo falli facile est. Lib. 1. *Offic.*

113. Nulla pestis in amicitias major est, quam adulatio, blanditia et assentatio. *De Amicitia.*

114. Assentatio quanquam perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei qui eam recipit, atque in illa delectatur. *Ibid.*

115. Qui non tam virtute præditi esse, quam videri volunt, hos delectat assentatio. *Ibid.*

116. Semper auget assentatio id, quod is ad cuius voluntatem dicitur, vult esse magnum. *Ibid.*

117. Apud quos blanda vanitas valet, admonendi sunt ut animadvertant, ne callida assentatione capiantur. *Prosec.*

PLATO.

118. Aperte enim adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors. *Ibid.*

119. Adulatores assentationes animos emolliunt, atque enervant. *Syzygia* 4, lib. 1, de *Legibus.*

SENECA.

120. Sæpe adulatio, dum blanditur, offendit. Lib. 2. *De Ira*, cap. 28.

121. Maluerim veris offendere, quam placere adulando. Lib. 2, de *Clementia ad Neronem*, cap. 2.

122. Plurimum adulator cum deprehensus est, proficit; perit, si latet. Lib. 4, *Quæst.*

123. Quo apertior est adulator, eo improbius; quo magis frontem suam perficit, cecidit alienam, hoc citius expugnat. *Ibid.*

124. Eo jam dementia venimus, ut qui parce adulator, pro maligno sit. *Ibid.*

125. Cum quis ad te adulator accesserit, dicit: I tu. *Ibid.*

126. Adulatorum sermo vitandus est, multum enim nocet. *Prosec.*

127. Eliamsi non statim offitit, semina in animo relinquit.

128. Adulatorum sermo diutius hæret, quam auditur. Epist. 123.

129. Cito nobis placeamus, si invenimus qui nos bonos viros dicat, qui prudentes, qui sanctos. *Prosec.*

130. Non sumus modica laudatione contenti, quidquid in nos adulatio sine pudore congressit, tanquam debitum prendimus.

131. Optimos nos esse, sapientissimos affirmantibus assentimur, cum sciamus illos sæpe mentiri.

132. Adeoque indulgemus nobis, ut laudari velimus in id qui contraria cum maxime facimus. Epist. 59.

133. Malis qui adulator, pejores eos facit. SIXTUS PHIL. Sent. 141.

134. Felicitatis cultus majore ex parte adulationi, quam charitati erogatus, certe suspectus est. Lib. 4. *Dictor. memorabil.*, cap. 7.

Vide etiam titul. Blanditiæ, et Laus.

ADULTERIUM.

Etymologia. Græco verbo *mæchus*, adulter dicitur, cum non solum aliena conjux, sed et mulier videri prohibetur. *Prosec.*

Cum enim turpiter solo visu etiam innupta concupiscitur, adulterium perpetratur. Lib. 21. *Moral.*, cap. 9.

Quia alter alterius torum commaculavit, adulterii nomen accepit. Lib. 5. *Etymol.*, cap. 26.

Definitio. Adulterium est fidei violatio, cum vel proprie libidinis instinctu, vel aliena consensu, cum altero vel altera contra pactum conjugale concumbitur. *De bono conjugali*, cap. 4.

Adulterium est luxuria, qua conjugalis thorus violatur. Part. 1. *Centiloquii*, sect. 24.

Adulterari est thorum alterius violare. Sup. *Marc.*, cap. 7.

Adulterium, est violatio fidei mutue castitatis,

VALERIUS MAXIMUS.

S. GREG. MAG.

S. ISID. HISPAL.

S. AUGUSTIN.

S. DONAVENT.

HUGO CARD.

qua se maritus et uxor vi matrimonii obligant. Sup. *Juan.*, cap. 8.

Adulterium est divisio corporis a suo in non suum. *Ibid.*

Adulter est qui, dimissa uxore sua, alii feminae copulatur, vel qui alterius uxorem cognoscit. Sup. *Luc.*, cap. 18.

JOAN. GENS.

Adulterium est concubitus illicitus cum persona ligata matrimonio. Part. 4, in *Descrip. terminor.*, cap. *Temperantia.*

S. ISIDORUS HISPAL.

Adulterium est illusio alieni conjugii. Lib. 5. *Etymol.*, cap. 26.

S. THOMAS AQUINAS.

Adulterium, est injustus usus mulieris alterius. Sup. *Epist. ad Ephes.*, cap. 5.

Adulterium est determinata luxurie species, qua vir ad alterius uxorem, vel mulier ad virum alterius accedit. 2. *Quæst.* 154, art. 8.

Productiones. Adulterii radix curiosus est oculorum obtutus. Sup. *Epist. et Galat.*, cap. 5.

Adulterii procreatrix temulentia est. Serm. *de concupisc. vitand.*

Ex temulentia enim luxuria, ex luxuria adulterium, ex adulterio homicidium oritur. *Ibid.*

Radix adulterii, concupiscentia est impudica. Hom. 8, de *Pamit.*

Sicut ira mater est homicidii: sic concupiscentia mater est adulterii. Hom. 12. *Oper. imperf. super Matth.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS.

1. Adulterium non solum facti colluvione, sed etiam aspectus intentione committitur. Lib. 1. *Offic.*, cap. 50.

2. Qui alienæ expugnat pudorem, adulterium facit. Lib. 8. Epist. 66.

3. Qui adulterium cordis ignorat, idem utique nascitur corporis adulterium. *Ibid.* Epist. 77, ad *Constantianum.*

4. Est velut quidam adulter, incontinentis in matrimonio, quia legem Apostolicam prævaricatur. Lib. 10. Epist. 82, ad *Vercellens. Eccles.*

5. Gravius est Religionis adulterium esse, quam corporis. Serm. 50.

6. Nolite querere (viri) alienum thorum, nolite insidiari alienæ copule; grave est enim adulterium, et naturæ injuria. Lib. 5. *Hexamer.*, cap. 7.

7. Nemo sibi blandiatur de legibus hominum, omne stuprum adulterium est: nec viro licet quod mulieri non licet. *Prosec.*

8. Eadem a viro, qua ab uxore debetur castimonia; quidquid in eam, qua non sit legitima uxor, commissum fuerit, adulterii damnatur crimine. Lib. 1, de *Abraham*, cap. 4.

9. Prima adulteræ oculorum tela sunt, secunda verborum. *De Joseph*, cap. 3.

10. Non solum lubrica, sed etiam procaax, importuna petulans, nec habet quod vereatur adultera. *Prosec.*

11. Quia quæ dispensia pudoris prima non doluit, insidiatur ut capiat. *Ibid.*

12. Adulterium qui facit, luxuriam exercet, aliena diripit, et portio diaboli est. Sup. *Psal.* cxviii, serm. 16.

13. Licet leges sæculi non puniant ita maritos se miscentes, sicut adulteras mulieres, tamen lex Dei et Ecclesie æqualiter, et æternaliter punit. Part. 2. titul. 4, cap. 1, § 4.

14. Mulier adultera est opprobrium totius parentelæ, detestabilis et abominabilis coram Deo et toto mundo, digna igne temporali et æterno. *Ibid.*

15. Adulterium, in quantum adulterium est, malum opus est; perunquam autem de adulterio nascitur homo, de malo scilicet hominis opere, bonum opus Dei. Lib. 6. *Musica*, cap. 2.

16. Periniquum est, ut pudicium vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibet. Lib. 2, de *Adulterinis conjugis*, cap. 8.

17. Puto Christianum neminem reluctari, illum adulterum esse, qui vel diu languente, vel diu absente, vel continenter vivere cupiente sua uxore, alteri commixtus est feminae. *Ibid.*, cap. 13.

18. Indignantur mariti, si audirent adulteros viros pendere similes adulteris feminis penas: cum tanto gravius eos puniri oporteret, quanto magis ad eos pertinet, et virtute vincere, et exemplo regere feminas. *Ibid.*, cap. 8.

19. Caput mulieris, vir: Ubi se agnoscent duces, illas autem comites esse debere: id ideo cavendum est viro, illic ire vivendo, qua timet ne uxor sequatur imitando. *Ibid.*

20. Ubi maritus uxorem de adulterii crimine accusare non sinitur, cui moribus suis non præbuit castitatis exemplum, illa ut ambo damnetur, si ambos pariter impudicos conflictus ipse convicerit. *Ibid.*

21. Intemperans in conjugio, quid aliud nisi quidam adulter uxoris est? Lib. 2, contra *Julian.*

22. Concupiscentia mala, quasi ardor est ignis: ignis consumit vestem, et libido adulterii consumit animam. Sup. *Psal.* lvi, vers. 8.

23. Qui legitimi jura cubilis transgreditur, qui extra conjugem suam per mortiferos errat amplexus, reus erit æternæ mortis, quia vilem in se habuit sanguinem Redemptoris. Serm. 2, *serie* 3, post *Dom. Palmar.*

24. Plane non dubitaverim dicere, lapsas animas a castitate sanctione quæ vocetur Deo, adul-

S. ANTONIN.

S. AUGUSTIN.

teris esse peiores. *De bono viduit.*, cap. 11.

25. Adulterium perpetratur in corpore, quod in corde tanto fit citius, quanto est cogitatio celerior et nullum impedimentum morarum. *De Natura et gratia*, cap. 38.

26. Adulterium non potest esse sine bono natura, nec ideo bonum est. Lib. 3, *contra Julianum*, cap. 23.

27. Conjuges et viduae, et virgines possunt esse, et pudice non esse, si contaminata voluntate moechantur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 8.

28. Si cui etiamsi non contingat facultas concumbendi eum conjugē aliena, plantam tamen aliquo modo sit, id eum cupere, et si potestas detur, facturum esse: non minus reus est, quam si in ipso facto deprehenderetur. Lib. 1. *de libero arbitrio*, cap. 3.

29. Coniux, quae adulterium animū gerit, etiamsi timore viri non adulterium perpetrat: tamen quod deest operi, inest voluntati. Epist. 120, *ad Honoratum*, cap. 21.

30. Tu exigit castitatem ab uxore, et non vis reddere hoc uxori. *Prosec.*

31. Et eum dehas in virtute praecedere uxorem (quoniam castitas virtus est) et tu sub uno impetu libidinis cadas, et vis uxorem tuam victicem esse, tu victus iaces.

32. Si caput est vir, melius debet vivere vir et praecedere in omnibus bonis factis uxorem suam, ut illa imitetur virum et sequatur caput suum. *De decem chordis*, cap. 3.

33. Quamdiu David exercitavit se, non insultavit sibi luxuria: sed postquam in domo otiosus remansit, laboravit adulterio, et homicidium commisit. *Serm.* 17, *ad frat. in eremo*.

34. Omnis non qui adulterium opere commisit, sed qui vidit ad concupiscentiam, jam adulterium perpetravit. *Prosec.*

35. Divina enim lex, non actionem, sed cogitationem iudicat. *De Virginit.*

36. Adulterium quocunque modo, quocunque perpetres animo, turpe flagitium est, ac criminale peccatum. *De praecepto et dispens.*

37. Mulier adultera, sicut basiliscus solo aspectu interficit hominem. Titul. 3. *Diala*, cap. 5.

38. Quid in omnibus peccatis adulterio gravius? secundum namque in penis obtinet locum. Epist. 1.

39. Adulterii venenum, cunctis malis perniciosius est. *Ibid.*

40. Adulterium, fructus est concupiscentiae. Lib. 2. *Pedagog.*, cap. 6.

41. Adulterium, fraus, homicidium, mortale crimen est. *De bono patientia*, cap. 6.

42. Adulterium voluptas non est, sed mutua

contumelia: nec delectare potest, quod et animam interficit, et pudorem. *De bono pudicitiae*, cap. 7.

43. Execrandum maxime et detestandum est, FRANC. TITEL. adulterii vitium. *Prosec.*

44. Est enim nefas maximum, divinae et naturali legi maxime adversum.

45. Est maxima iniquitas adversus proximum, quoniam nulla iniustitia tam graviter nocet, aut tam grave damnum infert proximo, ut ista.

46. Quae id quod in omnibus rebus externis reputatur maximum bonum, homini aufert et violat. In *Elucidat.* sup. cap. 48. *Job.*, cap. 31, in illud: *Scortum alterius sit uxor mea.*

47. Merito comparandum venit adulterium flammæ ignis vehementi, quae ad consumptionem usque devorat illum, qui eo maenatur, et omnem ad radices usque extirpat legitimam generationem. *Prosec.*

48. Nam is, qui adulterio se subdit, quidquid videtur habere, vel ante habebat boni, quasi flamma incendii devorante perdit.

49. Substantiam, honorem, bonum nomen, amicos, Patronos, et si quae ante in eo fuerunt virtutum opera, vel semina aliqua boni, ab adulterii igne pessimo omnia devorantur.

50. Efficitur denique adulter totus miser, et ab omnibus despectus. *Ibid.*, sup. illud: *ignis est usque ad perditionem devorans.*

51. Certe malum nihil est, vel in specie, vel in sexu mulieris; sed est utique malum in voluntate adulteri peccantis. In tract. *de Machabeis*.

52. Non potest fieri, ut moechari possit quis in corpore, nisi moechetur prius in corde. In *Decretis*, part. 2, causa 32, quest. 5, can. *de Pudicitia*. § *Non potest.*

53. Adulter in carnali coitu non prolem, sed voluptatem quaerit. Lib. 16. *Morat.*, cap. 25.

54. Quis sanctior David? et tamen ubi videtis hostibus, pressuris caruit, homicidium adulterio incaute securus adiecit. Sup. *septem Psalmos penitent.* in *Psalms.* iv.

55. Captivitas nulla major calamitas est, quam alienam libidinem trahi. Lib. 4. *adversus Julianum*.

56. In adulterio non ideo diversum est adulterium, si pulchra vel dives, deformis aut pauper, meretrix vel adultera sit. Sup. *Epist. ad Titum*, cap. 2.

57. Haec vivorum mors est, adulteris vivere. Sup. *Psalms.* cxxiii.

58. Adulter audiens in adulteros leges, adulterum tunc cogitat: quod agit, timet; et quod timet postea non fugit. Sup. *Psalms.* cxxv.

59. Cuidam in adulterii crimine puniende-

ait Diogenes: Quod gratis venditur, morte non emas. In *Collat.* 43. *Abbat. Charentonis*, cap. 5.

60. Aspectus mulieris cum curiositate factus, adulterium est consummatum. Hom. 6, in *Gen.* sup. illud *Math.* 5. *Qui inspicit mulierem*, etc.

61. Adulter, etiamsi omnium obivisci queat, nunquam tamen sic in solitudine versatur, quin habens accusatricem conscientiam, suspiciones timeat, umbras tremiscent, perpetuoque in animo ejus tempestas est. *Ibid.*, hom. 16.

62. Non tibi Deus oculos effluxit, ut per illos ad animum adulteria transmittas; sed ut creaturas ejus aspiciens mireris auctorem. Hom. 17, sup. *Math.*

63. Multi corpore quidem castitati student, adulterium autem voluntate committunt. Hom. 12, sup. *Math.*, illud 19: *Sunt Eunuchi*, etc.

64. Adulter adulterium committit, et erubescit si adulter vocetur; die manifesto adultero, adulter, ut confundatur; quia quod facit, non ignorat. *Serm.* *de Fide et lege natura*.

65. Adulteri miseri sunt, qui modice voluptatis gratia et servitute dedecerosam, et pecuniarum sumptus, timoremque continent, ac vitam ferant. *Serm.* 12, sup. *Epist. ad Rom.*

66. Voluptas in adulterio brevis est, et ab ea dolor perpetuus; et vesper et nocte, in deserto, civitate, et quocunque loorum semper accusator (scilicet stimulus conscientiae) sequitur et angit. Hom. 22, sup. *Epist. 1, ad Cor.*

67. Adulterium non tum solum est, quando mulier alteri nupta moechatur: sed et quando vir hoc facit, qui uxori alligatus est. Hom. 5, sup. *Epist. 1, ad Thessal.*

68. Qui scortari non didicerit, neque moechari sciet, qui vero scortis fuerit involutus, mox et in adulterium quoque prolabatur. *Ibid.*

69. Caecitas mala est adulterium, oculorum est morbus, non solum corporis, sed et animae. Hom. 8, *de Penitent.*

70. Non dicamus, non sint mulieres, sed dicamus non sint adulteri. Lib. 3, *parall.*, cap. 28.

71. Antequam perficiatur adulterium in opere jam extat adulterium in cogitatione. Lib. 2. *de Sum. bono*, cap. 39.

72. Ruina adulteri excipitur de contemptu matrimonii. *Ibid.*, cap. 40.

73. Adulterium facit, qui praeter suam ad alteram accedit. Sup. *Exod.*, cap. 29.

74. Nullus duceat in matrimonium, quam prius polluit adulterio. Apud Gratian. in *decret.* part. 2, causa 31, quest. 1, can. *Nullus*.

75. Adulterium diaboli pecunia est; diaboli enim in eo imago est, et superscriptio. *Prosec.*

S. JOANNES
CHRYSOST.

S. GAUDENT.

GRATIAN.

S. GREG. MAG.

S. HIERONIM.

S. HILARICUS.

JOAN. CASS.

76. Commisisti adulterium; accepisti diaboli numisma. Hom. 6, in *Genes.*

77. Nisi ulcera pessimi amoris, ebulliensque libido rationem animi perturbarent, adulter utique non esset. *De Promotione*, part. 1, cap. 36.

78. Quanto fornicatione adulterium gravius, s. THEODORET. tanto adulterio cum nuda consuetudo scelerator. sect. 8, sup. *Ezechiel.* in illud: *Unusquisque numerum suam pollutat.*

79. Nullum vitium ita directe contrariatur dilectioni proximi, sicut adulterium. 2. 2, quest. 170, art. 1.

80. Mulier moechans est sacrilega, proditrix, furatrix. Opusc. 9, De sexto praecepto: *Non moechaberis.*

81. Ille adulterii facinus pretermisissimum non putet, qui indulgentiae lege deprehensus evasit. Hom. 1, *de bono Disc.*

SENTENTIA PAGANORUM.

82. Cum qua, et quo tempore adulterium facere oportet, animadvertatur: quia illud admittere, peccare est. Lib. 2, *de moribus*, cap. 6.

83. Praecipit lex non committere adulterium, non libidine uti. Lib. 3. *Ethic.*, cap. 1.

84. Necessè est mulierem, quae suum corpus addixerit turpissimae cupiditati, timere damnationem. Lib. 4, *de Arte Rhetor.*, *ad Horenium*.

85. Si quis cum uxore sua, tanquam cum aliena, concumbat, adulter erit, quamvis illa adultera non sit. *De constantia sapient.*, cap. 7.

86. Abstinens ab alieno matrimonio. *De Moribus.*

87. Adulter est, in suam uxorem omnis impudicus amator ardenter. *Serm.* 222.

88. Scito te adulterum esse, etiamsi solum cogites de adulterio. *Ibid.*

89. Vide etiam titul. *Fornicatio.*

ADVOCATUS.

Definitio. Advocatus est, qui in forensibus seu extraneis negotiis prebet litigantibus suum patrocinium, verbo vel scripto.

VEL.

Advocatus est, qui in iudicio apud eum, qui jurisdictionis praest, desiderium suum vel amici exponit, aut alterius desiderio contradicit.

SENTENTIA PATRUM.

1. Sciat advocatus non in clamore vocis, nec in forensis assertionem patrocinii, sed in conscientiae integritate esse innocentiae defensionem. Sup. *Psalms.* cxviii, *serm.* 20, vers. 4.

2. Hodie omnia venalia sunt, frustra apud cu-

S. PROSPER.

S. THOMAS
AQUINAS.

ARISTOTELES.

CICERO.

SENECA.

SIXTUS PHILIDICUS
SOPHUS.

COLLECTOR.

COLLECTOR.

S. AMBROSIIUS.

S. ANTONIN.

S. BASIL. MAG.

S. BERNARD.

S. BONAVENT.

S. CLEM
PAPA.

CLEM. ALEX.

S. CYPRIAN.

- riales de testimonio conscientiae, de venustate morum, de torrente eloquentiae, nisi pretio interveniente confidit. *Prosec.*
3. Ego enim credo, me vidisse ostiarios Cerbero duriores: apud inferos tantum Cerberus (ut aiunt) unus est, sed quot sunt diverticula curiarum, tot Cerberi; tota autem advocati familia aut mordet, aut latrat.
4. Manus vacua, temeraria petitio est apud advocatos, et ipsum silentium venale est.
5. Causidicorum lingua damnifica est, nisi eam funibus argenteis vincias. Part. 3, titul. 3, cap. 1, § 9.
6. Advocatorum officium est, postulare iudici in causis; sed imitari debent Christum advocatum iustum, qui iuste postulans exauditur. Part. 3, titul. 6, cap. 1.
7. Advocati, qui gloriose vocis munere lapsa erigunt, fatigata reparant: nec minus humano generi provident, quam si clypeis et thoracibus sese, Patriam, plerosque defendant. *Ibid.*
8. Non debet iudex vendere iustum iudicium, aut testis verum testimonium, quia vendit advocatus iustum patrocinium, et jurisperitus verum consilium. Epist. 54, ad *Macedonium*.
9. Quis advocato, aut ex advocato ita vir optimus facile reperitur, qui suscepto suo, dicat: Recipe quod mihi (cum tibi male adessem) dedisti; et redde adversario tuo quod me agente inique abstulisti? *Ibid.*
10. Advocatum misit tibi Deus, propter illum et per illum confidere, age causam tuam, quia defensor est ponitans, et petitor venie confidentis, et iudex innocentis. *Prosec.*
11. Vere timere poteris causam tuam, ubi advocatus tuus erit iudex tuus. Sup. *Psalms*. lxxi, vers. 4.
12. Non timeas malum advocatum; ille enim tibi modo advocatus est, qui postea iudex futurus est illi erit et tu, et tua causa, sermo causae tuae, testimonium conscientiae tuae. Sup. *Psalms*. cxlvii.
13. Vanus et miser est, qui advocatum se (cum litteras nesciat) audeat profiteri. *De vita Christi*, cap. 6.
14. Fidelis advocatus, qui non quaerit quae sua sunt, facile obinet omne quod quaerit. Epist. 78, ad *Suggerium Abbat. S. Dionysii*.
15. Disputationes advocatorum, et pugna verborum, magis ad subversionem, quam ad inventionem proficiunt veritatis. *Prosec.*
16. Hi sunt qui instruunt a quibus sunt instruendi: astrunt non comperta, sed sua: struunt de proprio calumnias innocentiae, destruunt simplicitatem veritatis, obstruunt iudicii vias. Lib. 4, de *Consider.*
17. Causa viduae intret ad te, causa pauperis, et ejus qui non habet quod det. *Ibid.*
18. Tanta est impudentia nonnullorum advocatorum, ut cum manifeste ambitionis prurigne seateat tota facies causae eorum, non erubescant audientiam flagitare, et tamen causarum frustrationes et venatorias praecedunt dilationes. *Ibid.*
19. Magna abusus! pauci ad os legislatoris, ad manus omnes respiciunt: hi importuni sunt, ut accipiant; inquieti donec accipiant; ingrati ubi acceperint. *Ibid.*, lib. 4.
20. Advocati docuerunt linguas suas grandia loqui, cum operentur exigua largissimi promissores, et parcissimi exhibitores. *Prosec.*
21. Blandissimi sunt adulatores, et mordacissimi detractores: simplicissimi dissimulatores, et malignissimi proditores. *Ibid.*
22. Verbosus adolescentem, et studentem eloquentiae (cum sapientiae sit inanis) non aliud quam justitiae hostem reputat. *Ibid.*
23. Advocati eligendi sunt, qui stent viriliter pro afflictis, et iudicent in aequitate; qui sint compositi ad mores, mansueti ad patientiam, recti in iudicio, in consilio providi, in agendo strenui, in loquendo modesti, in zelo sobrii. *Ibid.*
24. Advocatum vis habere ad Christum? ad Mariam recurre; exaudit utique matrem filius. Lib. 2, in *Floribus*, cap. 6.
25. Quotidie perstrepunt in palatio leges, sed Justiniani, non Domini. *Prosec.*
26. Haec autem non tam leges, quam lites sunt, et cavillationes subvertentes iudicium. lib. 4, de *Consider.*
27. Frequenter inveniuntur in advocacione, injustum patrocinium, lites prolongatio, juris sophistication allegatio, injustum consilium. In *speculo Anima*, cap. 2.
28. Hi sunt qui causas protendunt adhibiti, impediunt praetermissi, fastidiunt admoniti, obliviscuntur locupletati. Sup. *Psalms*. lxxiii, Vers. 11. *Irritat adversarius nomen tuum.*
29. Hi sunt, qui emunt lites, vendunt intercessionem, deputant arbitros, iudicanda dicent, dictata convellunt, attrahunt audiendas, retrahunt transigentes. *Ibid.*
30. Hi sunt, qui negant, civitatibus inducias, mercatoribus nundinas, emptoribus mensuras, reverentiam clericis, originem nobilibus, locum prioribus cunctis jura, distinctis privilegia. *Ibid.*
31. Advocatis nullum genus hominum, ordinum, temporum cordi est. *Ibid.*
32. Hi sunt in convivis scurræ, in exactionibus bestiae, in quaestionibus status, ad intelligendum saxei, ad iudicandum lignei, ad ignoscendum

- ferrei, ad amicitias parvi, ad facias urvi, ad fallendum vulpes, ad superbendum Tauri, ad consumendum Minotauri. *Ibid.*
33. Advocatus in cuius labiis et lingua non est gratia, qui linguae facundiam non habet, et labiorum gratiam, non est aptus sua advocacione gravibus rebus transigendis. Sup. *Psalms*, 44, vers. 3. *Diffusa est gratia in labiis tuis.*
34. Militia, mercatio, procuratio seu advocatio vix sine peccato fit. *Apud Gratian. in Decret.*
35. Perspicacitas ingenii frequenter Deum et proximum impugnat; ut patet in advocatis, per hanc subvertentibus veritatem justitiae. Sup. *Ezech.* cap. 27.
36. Justus advocatus causas injustas nullo modo suscipit, nec verba dure pro injustitia defendit. Rom. 7, sup. *Ezech.*
37. Linguae malorum advocatorum venenatae sunt, dure et malitiosae. Sup. *Psalms*. 63.
38. Advocati, sunt gentes quae bella volunt. Sup. *Psalms*. 67.
39. Advocati mali in modum ranarum sunt, de ore diaboli exeuntis. Sup. *Psalms*. 77, vers. 50. *Et ranam, etc.*
40. Officium advocatorum est acquirere non habita, et habita defendere. *Ibid.*
41. Lingua advocati, lingua mendax est, quae, omnem veritatem odit. Sup. *Psalms*. 68.
42. Advocati, rhetores sunt diaboli, qui causas iniquas fovant potentum; causa autem pupilli et viduae non ingreditur ad eos. Sup. *Proverb.*, cap. 9.
43. Advocati dicuntur incantatores, quia aures iudicium ornatu verborum incantant. Sup. *Isaiam*, cap. 47.
44. Vehemens est duritia advocatorum, quia nulli parci nec diviti, nec juveni, nec seni, nec viduae, nec pupillo, et ideo difficile sanabilis est. *Ibid.*
45. Quis medebitur advocato, a diabolo serpente percusso? valde difficile est. *Ibid.*
46. Advocatus linguosus, totus est lingua, et lingua diaboli. *Ibid.*, cap. 54.
47. Advocatus hostes debet confutare, arguere adversarios, docere suos, et eis consulere in causa sua. Sup. *Joann.*, cap. 16.
48. Hi sunt, qui causas morantur admissi, impediunt praetermissi, fastidiunt admoniti, obliviscuntur sine sponse praemii, delignantur locupletati. Sup. *Epist.* 4, ad *Cor.*, cap. 6.
49. Advocati lingua, est lingua serpentis, quae semper de terra loquitur. *Ibid.*, cap. 13.
50. Scientia advocatorum serpentina et tortuosa est, quia injuriose et callide procedunt advocati, non tamen contra fidem aperte, sed circa: quia sub velamine nominis, scientiae sanctae nocent; et haec pestis laet sub specie pietatis. Sup. *Epist.* ad *Timoth.*, cap. 6.
51. Advocati mali, synagoga sunt Satanæ. Sup. *Apocal.*, cap. 3.
52. Si forte pauperum causam suscipitis, illos s. INNOCENT. P. III. remitte fovetis: cum autem divitum causam assumitis, illos pertinaciter adjuvatis. *Prosec.*
53. Pauperes despiciatis, divites honoratis: istis reverenter assurgitis, illos despiciatiler conculcatis. Lib. 1, de *contempt. mundi*, cap. 4.
54. Vos nec gratiam date nec justitiam justo redditus; quia, nisi venis non provenit, nec datur nisi vendatur. *Prosec.*
55. Sape justitiam tantum differtis, quod litigantibus plasquam totam auferitis, quia major est sumptus expense, quam fructus sententiae.
56. Quid autem poteritis illi in districto iudicio respondere, qui praecipit: Gratis accipitis, gratis date?
57. Lucrum in arca, damnum in conscientia: pecuniam captis, sed animam captivatis. *Ibid.*, cap. 5.
58. Antiqui forensam eloquentiam, caninam facundiam nuncupabant. *Prosec.*
59. Eo quod causidici in certaminibus causarum omissis quae agunt, voluti canes alterutrum sese lacerant, iurgique causarum, ad injurias suas committant. Lib. 3, de *Sum. bona*, cap. 56.
60. Res plena discriminis est in clericis usus legum: totum enim hominem adeo vendicat, ut eum suspendat a spiritualibus, a divinis avellat. *Prosec.*
61. Periculosum ita se legibus humanis impendere, ut mens per horulam a divinae legis meditatione jejuset.
62. Nemo simul potest precari, et orare; petere et postulare; exercere Christi ministerium, et advocati officium; ne, dum in utroque festinat, neutrum bene peragat.
63. Bonum est scire leges, sed non ad quantum, non ad iniquum juris compendium, sed ad inquisitionem veritatis, iudicii aequitatem.
64. Hodie autem soli avaritiae militant patroni causarum, illudque quondam venerabile nomen, et gloriosa possessio advocati, notabili venalitate vilesceat.
65. Dum miser et perditus linguam vendit, lites emit, matrimonia legitima dissolvit.
66. Amicitias rumpit, sopitarum litium cineres resuscitat, pactiones violat, detractat transactiones, privilegia frangit et in captivum pecuniae pedicas et retiaacula tendens, jura omnia intervertit. Epist. 26, ad *quemdam socium*.

67. Deberet advocatus, quod gratis accepit, gratis dare : advocare pro pupillo et vidua, pro utilitate Republicae, pro Ecclesiae libertate nihil exigens, sponte oblata suscipiens. *Ibid.*
- PETR. BLES. 68. Legum scientia impudica est, quae mere tricio more quaestuarium est et mercalis. *Prosecc.*
69. Quidquid enim studendo congregavit, ad nundinas vanitatis, vili contractu venaliter et impudenter exponit.
70. Haec vix unquam pacifica est, quia semper litigat, quae cum sopire lites debeat, semper cineres litium excitat jam sopitos. *Epist. 140, ad Petrum Clericum.*
- S. PETRUS DAMIANUS. 71. Plerumque quos causa condemnat, mendax pecunia premio dignos procaeciter asseverat. *Opuscul. 42, cap. 29.*
- S. SIDONIUS. 72. Advocatorum cum finiuntur actiones, tunc incipiunt dignitates. *Lib. 1. Epist. 11, ad Monitum.*
- S. THOMAS AQUINAS. 73. Ubi pauperum causis aliter subveniri non potest, tenetur advocati eorum suscipere causas, et illis patrocinari. *Secunda secundae quaest. 71, art. 1.*
74. Advocatus, suscipiens causam injustam, injuste laedit eum contra quem injuste patrocinium praestat. *Ibid.*
75. Quatuor sunt quae ab advocatis servari congruit : Adversarium patienter audire, audita per vigilante mente discutere, discussis congruenter respondere, objecta pro parte allegando concludere. *In suis Opusculis. De his quae diversis hominibus conveniunt.*

SENTENTIA PAGANORUM.

- CICERO. 76. Non tam ut proximis causis elaborare soleo, quam ut ne quid obisim. *Lib. 2. de Orat.*

EDIFICIUM

Materiale, Spirituale.

SENTENTIA PATRUM.

- S. AMBROS. 1. Non superflua aedificationes aggregari, nec praetermittere necessarias, hoc est decorum. *Lib. 2. Officior. cap. 21.*
- S. AUGUSTINUS. 2. Ad aedificationem bona est lex, si quis ea legitime utatur, quia finis ejus est charitas. *Lib. 12. Conf. cap. 18.*
3. Perversa et adversa corda mortifera, felices res humanas putant, cum factorum splendor attenditur, et labes non attenditur animarum. *Epist. 5, ad Marcellin.*
4. Edificare domum, paucorum est; destruere, multorum. *Sup. Psalm. 51.*
5. Non est labor erigere fabricam, et labor est tenere linguam. *Serm. 39, de Verb. Dom.*
6. Audire veritatem nihil prodest, si homo non supra petram aedificet. *Prosecc.*
7. Qui aedificat supra petram, ipse est qui audit et facit; qui autem audit et non facit, nihil aedificat.
8. Quomodo qui aedificat super arenam, ruinam sibi aedificat: sic ille qui non aedificat super petram, veniente fluvio, sine domo rapitur.
9. Non est igitur aliud facere, nisi edificare, et super petram edificare, id est, et audire et facere. *Sup. Psalm. 57.*
10. Cogitas magnam fabricam construere caecitudo? de fundamento prius cogita humilitatis. *Prosecc.*
11. Et quantum quisque vult superimponere molem aedificii, quanto erit majus aedificium, tanto altius fodit fundamentum. *Serm. 10, de Verb. Dom., sup. illud: Quia mitis sum et humilis corde.*
12. Tolle te, tolle, inquam te a te, impedis te. Si tu te aedificas, ruinam aedificas. *Serm. 15, de Verb. Apost.*
13. Omne quod non aedificat, in periculum vertitur. *Serm. 3, ad Frat. in Eremito.*
14. Si incepisti edificare, perfice; si non incepisti, incipe. *Ibid., Serm. 8.*
15. Nihil valet aedificium boni operis, nisi columnam fortitudinis implexeris. *Prosecc.*
16. Sed si columna fortitudinis fracta fuerit, totum aedificium honorum operum ruit. *Ibid., Serm. 13.*
17. Nullus sermo, qui aedificat ad pietatem, ad virtutes, ad mores optimos, negligenter est audiendus. *Serm. 57, sup. Cant.*
18. Quidquid exstruxeris extra te, erit instar congesti pulveris, ventis obnoxium. *L. 2, de Consid.*
19. Sic in cunctis te habeas, ut aedifices videntes. *In Speculo monac.*
20. Si vis aedificare domum, inducat te necessitas, non voluntas. *Prosecc.*
21. Cupiditas enim aedificandi, aedificando non tollitur.
22. Nimia et inordinata aedificandi cupiditas, parit cito, et expectat aedificiorum venundationem.
23. Turris completa et arca vacuata faciunt valde, sed tarde, hominem prudentem. *In Epist., de cura et regimine rei familiaris.*
24. Sicut operibus aedificationis magna debetur corona, ita non aedificantibus magna debetur poena. *Sup. Luc., cap. 17.*
25. O Quot sunt hodie, qui videntur aedificare aurum, argentum, et lapides pretiosos, qui inveniunt se edificasse lignum, fenum et stipulam, opera scilicet non sublimia, sed modica et purgatione digna. *Serm. 1, de S. Laurentio.*

26. Aedificat, sed destruit, qui, quod aliis dicit, ipse non facit. *Serm. 2, de S. Marco.*
- S. CESARIUS ARLIATENSIS. 27. Duas civitates construntur, unam aedificat Christus, alteram diabolus. *Prosecc.*
28. Unam aedificat humilis, alteram superbus; una humiliatur, ut firmiter surgat; altera erigitur, ut infelicitur cadat.
29. In fabrica Christi qui aedificantur, de imis levantur ad summa.
30. In fabrica vero diaboli de summis ad ima precipitantur. *Hom. 18.*
- S. DOROTEI. 31. Tunc sese optimum artificem intelligat, optimum aedificatorem, qui securus propriam domum potest aedificare. *Doctrina 14, de Aedificio.*
- S. EPHREM. 32. Si aedificare nolis, aedificata ne destruas; si plantare nolis, plantata ne evellas; si quiescere non visis alios quiescentes ne pervertas. *De timore Dei.*
- S. EUSEBIUS CAESARIENSIS. 33. Palatia et magna eriguntur aedificia, ut humanis oculis contemplantur, et pauperes in plateis moriantur incommodis. *Epist., ad Damas. Pap. de Morte D. Hieron.*
- S. EUSEBIUS EMISSEN. 34. Quanto quis senior est, tanto plus studere debet aedificationi. *Hom. 3, ad Monach.*
35. Qui cum plurimorum aedificatione se perdidit cum plurimorum aedificatione se redimat. *Ibid., Hom. 10.*
36. Frequenter contingit, ut, mox postquam aedificata fuerint divitum domus, morte absorbentur. *Sup. Psalm. 48, vers. 8. Laborabit in aeternum.*
37. Nonnunquam priusquam ad perfectum structura fuerit perducta, coguntur divites, voluit nolint, erecta multis laboribus palatia posteris derelinquere. *Ibid.*
- GLGSS. ORB. 38. Non possumus aedificare bona, nisi prius destruxerimus mala. *Sup. Ecclesiasten, cap. 3; sup. illud: Tempus destruendi.*
39. Aedificium non est stabile, nec domus per rapinam aedificata. *Sup. Ecclesiasten, cap. 21.*
40. Non destruntur qui corriguntur, sed correcti aedificantur. *Sup. Epist. 2, ad Cor. cap. 13.*
- S. GREGORIUS MAGNUS. 41. Injustis semper gravia sunt verba iustorum, et quae ad aedificationem prolata audiunt, haec, quasi super impositum pondus ferunt. *Lib. 8. Moral., cap. 22.*
42. Valde otiosum est doctoris studium, si per hoc quod ab illo in terris agitur, coeleste aedificium non augetur. *Lib. 3, in I. Regum, cap. 5.*
43. Plus conscientia sancti amoris aedificat, quam exercitatio sermonis. *Hom. 10, sup. Ezech.*
44. Qui vitam suam interius pensat et exemplo suo foris admonendo alios aedificat, quasi in corde linguae calamus tingit, in eo quod manu proximis extensus scribit. *Ibid.*
45. Solidum mentis nostrae aedificium, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia sustinent. *Lib. 2. Moral., cap. 27.*
46. Viri sancti unde se destructiores aestimant, inde locupletiores ad coelestem patriam constructionem surgunt. *Lib. 5. Moral., cap. 4.*
47. Apti aedificationibus de silvis ligna succiduntur, nec tamen adhuc viridibus aedificii pondus imponitur, nisi eorum viriditatem multorum dierum mora siccaverit, et apta ad necessarium usum effecerit. *Prosecc.*
48. Quae observantia, si forte negligitur, citius super imposita mole franguntur, et igitur ruinam ad auxilium res provisiva. *Lib. 7, in Regist., indict. 2, cap. 110, ad Synag. Episc.*
49. Dum in his quibus aedificamur, inanimatur, locum sine dubio deceptionis excludimus. *Ibid.*
50. Satis noxium atque perniciosum est, ut quae aedificari debuerant, destruantur. *Ibid. Epist. 117, ad eundem, cap. 117.*
51. Quem charitas aedificando non erigit, scientia inflando pervertit. *Lib. 8. Moral., cap. 28.*
52. Multi aedificans aedificando non erigit, scientia inflando pervertit. *Lib. 8. Moral., cap. 28.*
- S. HIERON. 53. Melius est Christum vestire in pauperibus, quam Ecclesiam aedificare, et eboris argenteoque valvas, et gemmis aurata distinguere altaria, et parietes marmorum crustis vestire. *Epist. 8, ad Demetriadem.*
54. Aedificamus quasi semper in hoc saeculo victuri. *Prosecc.*
55. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum: et nudus atque esuriens ante fores nostras Christus in pauperibus moritur. *Epist. 12, ad Gaudentium.*
56. Instar palatii privatorum extracta sunt basilice, ut vile corpusculum hominis pretiosius inambulet: qui tecta sua voluit magis aspicere, quam caelum. *Epist. 18, ad Marcellam.*
57. Destruere vitia, et aedifica virtutes; nihil enim prodest, si destruis, et non aedificas: si destruis vitia et non aedificas virtutes. *Prosecc.*
58. In eo enim nullum bonum aedificatum fuit, qui nullum malum destruit. *Sup. Psalm. 33, versu 14. Divertere a malo, etc.*
59. Si quis non aedificat Ecclesiam Christi, iste nec Apostolus, nec Propheta, nec Evangelista, nec Pastor, nec magister est appellandus. *Sup. Epist., ad Ephes., cap. 4, sup. illud: Dedit quosdam Apostolos, etc.,*

HUGO A SANC-
TO VICTORE.

60. Etiam si non ledamus, et tamen non edificamus; mali verbi nobis luenda est pena. *Ibid.*
 61. Edificia fratrum non superflua sint, sed humilia: non volapluosa, sed honesta. *Prosecc.*
 62. Utilis est lapis in structura, sed quid prodest calatura? legatur Genesis in libro, non in pariete.
 63. Vestitur Eva in pariete, pauper autem iuxta parietem nudus accubat. Lib. 2, de *Claust. animæ*, cap. 14.
 64. Episcopi domos non impares Ecclesiis magnitudine construunt, pios delectantur habere thalamos, vestiuntur ibi imagines pretiosas colorum indumentis; pauper autem sine vestibus incedit, et vacuo ventre clamat ad ostium. O mira, sed perversa delectatio! *Prosecc.*
 65. Trojanos gestat paries pictus, purpura et auro vestitus, et Christianis panni negantur velares.
 66. Græcorum exercitui dantur arma, clypeus datur auro splendens; pauperi vero ad januam clamanti non porrigitur panis; et, ut verum fatear pauperes spoliantur sæpe, ut vestiantur lapides et ligna.
 67. Ornant prætoria columnis, fores domibus anteponunt, que utinam pauperes includerent; et non excluderent. L. 1, de *Claust. animæ*, cap. 1.
 68. Monachi faciunt sibi claustra, quibus homo exterior teneri possit; sed utinam claustra facerent, quibus homo interior ordinate teneretur. *Ibid.*
 69. Tanta est stultitia hominum, ut ita edificent domos, et præparent, et repleant, ac si semper essent victuri. *Prosecc.*
 70. De cælesti vero domo construenda adeo negligentes sunt, quasi non essent in ea, nisi per biduum, aut triduum moraturi. Sup. *Ecclesiast.*, cap. 9.
 71. Domus non extruitur, nisi sit qui edificet. Hom. 3, sup. *Genes.*
 72. Sacerdotes positi sunt ad ornamentum populi et ad edificationem sanctitatis. Homil. 43. *Oper imp. sup. Math.*
 73. Vis domum Dei edificare? de fidelibus pauperibus unde vivant, et edificasti rationabilem domum Dei: in domibus enim homines habitant, Deus autem in hominibus sanctis. *Ibid.* Hom. 43.
 74. O insipiens homo, quid tibi prodest post mortem memoria edificiorum, si ubi es torqueris, et ubi non es laudaris? *Ibid.*
 75. Si iusta alia bona, et edificia sancta fecerit homo, additamentum est bonis; si autem sine aliis bonis operibus, passio est gloriæ secularis. *Ibid.*

HUGO CARD.

S. JOANNES
CHRYSTOST.

76. Si in hac vita ut splendida nobis domos et salubres comparemus, magnam pecuniarum vim edificando anxii consumimus, qui nobis subeundi sunt labores, ut clarissimum nobis in caelis domum edificemus, ubi lux illa ineffabilis est? Hom. 35, sup. Joan.
 77. Omnia ad edificationem proximi facere Christianæ vitæ fundamentum est. Hom. 36, sup. *Epist. 1, ad Cor.*, sup. illud 14: *Omnia ad edificationem fiunt.*
 78. Sicut edificare domum architecti opus est, sic Christiani proximum. *Ibid.*
 79. Deus tibi dedit linguam, ut proximum edifies: itaque si sermone tuo edificationem subvertis, melius est ut taceas. Sermon. 14, sub. *Epist. ad Ephes.*, sup. illud 4: *Si quis est bonus ad edificationem.*
 80. Qui splendida domos edificat, post tantos labores tentosque pecuniarum sumptus inutiles, miser est. *Prosecc.*
 81. Et, quamvis ita laboret, ut immortalam servet sui memoriam, tamen non est hoc tam laudem, quam crimen sibi parere.
 82. Nam statim ad hæc subjungentur plurimarum contumeliarum verba: Domus hæc hujus est avari, hujus rapacis, hujus viduarum et orphanorum spoliatoris. Hoc non est memoriam assequi, sed infamari. Hom. 30, sup. *Genes.*, sup. illud 11: *Et habitaverunt illic.*
 83. Nullo modo poterit in anima virtutum structura consurgere, nisi prius jacta fuerint veræ humilitatis in corde fundamenta. Lib. 12, de *spirit. superbia*, cap. 32, post. init.
 84. Magnificus quidem structor es parietum, sed magnificentior sis edificator animarum. Sermon. de *Machab.*
 85. Si contigerit tum edificium collabi, instantia statim opus disjectum: et feliciter reedificas, quam prius edificaveras. *Prosecc.*
 86. Etiam si bis, etiam si decies, etiam si centies, etiam si milies et sæpius corruerit, toties reparas, quoties corruet. In *speculo Monachor.* circa fin.
 87. Edifica verbo, actu, vultu, habitu, et incessu; sic te amabilem exhibeas, et imitabilem, ut tota conversatio tua alios edificet ad salutem. *Epist. 134, ad Wilhelmum.*
 88. Edifices alios, non solum verbo, sed opere et exemplo. *Prosecc.*
 89. Edifices in vultu, aspectu, gestu, habitu et incessu. In *Tract. de instit. episcopi.*
 90. Incassum conatur edificare fastigium, qui in arena (que dissilit) collocat fundamentum. *Prosecc.*
 91. Qui virtutum lapidibus festinat atrium su-

JOAN. CASS.

S. LEO.

LUDOVICUS
ELOSIVS.

PETRUS BLES.

S. PETRUS
DAMIANUS.

biime construere, prius necesse est insolentia carnalium delectationum mortificatione dumeta purgare.
 92. Ille bene domum mentis edificat, qui prius agrum corporis a spinis vitiatorum purgat.
 93. Alioquin, si passionum carnalium sentes in carnis agro pullulare simuntur, tota intus virtutum structura collabitur. Lib. 6. *Epist. 31, ad suos eremitas.*
 94. Omnis sancti edificii status, sicut Deo operante proficit, ita Deo custodiente consistit. Sent. 36.
 95. Terrena edificatio a terra incipit: celestis constructio a superno crescit exordio. *Ibid.*
 96. Nec sine Domino, quod bonum est edificari, nec edificatum sine Domino poterit custodiri. Homil. 11.
 97. Qui in taciturnitate silentiarii non edificatur, neque in ejus sermone edificabitur. Lib. 5, libello 15, num. 42.
 98. Quid opus est alienam domum edificare, et propriam subvertere? Sent. 79.
 SENTENTIE PAGANORUM.
 99. Cavendum præsertim, si ipse edifices, ne extra modum sumpta et magnificentia prodeas. Lib. 1, de *Officiis.*
 100. Quidquid longa series multis laboribus, multaque Dei indulgentia struxit, id sæpe unus dies spargit ac dissipat. *Epist. 91.*
 AGRITUDO.
 Vide INFIRMITAS.
 ESTIMATIO.
 Divisio. Valor rerum tripliciter æstimatur: primo ex ejus virtuositate; secundo ex ejus raritate; tertio ex ejus complacibilitate. Parte secunda, tit. 1, cap. 16.
 Quatuor sunt, que æstimari non possunt: scientia, sanitas, libertas, virtuositas. In suis *Opusc. de scient. utilioribus.*
 SENTENTIE PATRUM.
 1. Quales haberi volumus, tales simus. Lib. 2. *Offic.*, cap. 19.
 2. Ubi est æstimatio, vel discretio, ibi est et electio. Part. 1, tit. 1, 4. cap. 2, § 3.
 3. Discretio æstimat pretium rei. Part. 2, tit. 1, cap. 16, § 3.
 4. Sicut magnanimus omnia temporalia, parva æstimat; ita pusillanimus parva, magna æstimat. Part. 2, tit. 4, cap. 5, § 1.
 5. Ille juste et sancte vivit, qui rerum integer æstimator est. Lib. 1, de *Doctrina christiana*, cap. 27.

S. PROSPER.

S. VALERIAN.

IN VII. PATR.

CICEBO.

SENECA.

S. ANTONIN.

S. THOMAS
AQUINAS.

S. AMBROSIVS.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.

6. Ille apud Deum plus habet loci, qui plus attulerit non argenti, sed fidei. *de Oribus*, cap. 16.
 7. Infirmis et imperitiis, utilia solet judicare que nociva sunt, et æstimare falsa pro veris. *Æquasi. veteris et Novi Testamenti*, quest. 127.
 8. Quid vanus eo, qui putat plus valere numerum, quam Deum? Sup. *Psalm. 31.*, vers. 7. *Et prævaluit in vanitate sua.*
 9. Non pro magno haberi debet honor humanus, quia nullus est ponderis. Lib. 5, de *Div. Dei*, cap. 17.
 10. Agnoscat homo quantum ab illo expectet Deus, et quem tanta dignatione habuit charum, quam velit esse in conversatione pretiosum. *Prosecc.*
 11. Agnoscat homo quantum valeat, et quantum debeat; et, dum pretium suum cogitat, visis sibi esse desinat. Sermon. 1, fer. 3, post *Dom. Palm.*
 12. Bonorum æstimatio, sicut falsis delationis. BERNARDUS
 bus auferri non potest, ita nec adulatoris favoribus acquiri. *Epist. 122.*
 13. Qui clero militiam, forum anteposit Ecclesie, divinis profecto humana, celestibus præferre terrena convincitur. *Epist. 78. ad Sugerium Abbat S. Dionysii.*
 14. Grande periculum est, quemquam audire de se supra quam sentit in se. *Epist. 87.*
 15. Totus iste mundus, ad unius anime pretium æstimari non potest. In *Meditat.*, cap. 3.
 16. Nihil recte existimat, qui seipsum ignorat. *De interiori domo.*, cap. 65.
 17. Optimus æstimator est rerum, qui nil suorum sibi preferendum existimat. Sermon. 30, sup. *Cant.*
 18. Noli te homo comparare majoribus, noli te præferre minoribus, noli aliquibus, noli uni; quid scis, si unus ille (quem fortissimum atque miserimum reputas) melior te non futurus sit? *Ibid.* Sermon. 37.
 19. Optimi æstimatores rerum sunt, qui magnam de minimis, parvam aut nullam de maximis curam gerunt. Lib. 4, de *Consider.*
 20. Qui ex spiritali domo putant se aliis meliores, aliosque contemnunt tanquam viliores se, peste illius Pharisæi premuntur. Lib. de *Pensione Dom.*, cap. 29.
 21. Tu te depretiaris in secreto apud te ipsum veritatis trutinâ ponderatus, et foris alterius pretii metiens, majori te pondere vendis nobis, quam ab ipsa accepisti. In *Medit. vitæ Christi*, cap. 16.
 22. Sapiens debet parvipendere quod vile est. Lib. 2, de *Profect. religios.*, cap. 44.
 23. Sicut rarus est aut nullus, qui de se male

S. DONAVENT.

- S. CYPRIANUS. 23. Estimari æquanimiter ferat; ita rarus est, qui non bene de se velit sentire, et non diligit estimari. *De Jejun. et tentat.*, cap. 4.
24. Popularis existimatio, solet dominorum mores ex servorum moribus æstimare. *De duplici mariyr.*, cap. 2.
- S. DIONYSIUS CARTHUS. 25. Reputa te nullius esse valoris, neque existimes quæpiam te esse gradus inferioris. *De Perf. charit.* art. 47.
- S. EUSEBIUS EMISSEN. 26. Futura beatitudo acquiri potest, estimari non potest. Hom. 3, *ad Monach.*
- GLOSS. INT. 27. Difficile viles estimat divitias, qui habet. Sup. *Job*, cap. 42.
- GLOSS. ORD. 28. Nec bona æstimatio superbiamus, nec mala dolemus. Sup. *Epist.* 11, *ad Cor.*, cap. 6.
- S. GREGORIUS MAGNUS. 29. Vita vera æstimatio, in virtute est operum, non in ostensione signorum. Lib. 1, *Dialog.*, cap. 12, verbo *Ego*.
30. Qui bona occulte faciunt, cum quibusdam factis publice mala de se opinari permittunt, in se alios per exemplum prævæ æstimationis occidunt. Part. 3, *Pastoral.*, cap. 1, *admonit.* 36.
31. Quisquis se apud se magnum æstimat, aditum sibi Dei accessus angustat. Lib. 17, *Moral.*, cap. 17.
32. Magni sunt merito humiles æstimatio. Lib. 4, cap. 4, in *Regum*.
33. Res apud sæculi sapientes tanta habetur, quantum eam extollere possunt præclara ingenia. In prologo 1. *Reg.*
34. Qui sublimis est ordinis, sublimis est æstimatio. Lib. 4, in 1. *Reg.* cap. 5.
35. Valde difficile est, ut is qui se sapientem æstimat, mentem ad humilitatem reducat. Lib. 19, *Moral.*, cap. 27.
36. Quisquis intorsus intumescit, in altum se apud semetipsum ponit. *Prose.*
37. Sed eo se gravior in infimis deprimat, quo de se infima veraciter sentire contemnit. Lib. 20, *Moral.*, cap. 18.
38. Viri sancti unde se destructores æstimant, inde locupletiores ad cælestis patrie constructionem surgunt. Lib. 5, *Moral.*, cap. 4.
39. Pravi nil rector, nisi quod ipsi senserint æstimant. *Prose.*
40. Et iustorum verba eo otiosa æstimant, quo suis hæc sensibus inveniunt diversa. Lib. 10, *Moral.*, cap. 2.
41. Sanctus vir sicut mala de bonis non æstimat, ita æstimare bona de malis recusat. Lib. 18, cap. 4.
- S. GREG. NAZ. 42. Facile est cuiquam falsa æstimatio seipsum decipere; et credere se aliquid esse, cum nihil sit penitus. Orat. 24.
43. Malum cum recto studeam, vitiosus haberi, quam vitio indulgens, iusti clarescere fama. In sua poesi.
44. Multos decipit bona de malis existimatio. s. HIERONYMUS. *Epist.* 8, *ad Riparium*.
45. Malo existimatione periclitari quam fide. *Epist.* 19, *ad Pammach. et Ocean.*
46. Quanti sunt illa æstimanda, quæ magna: cum sic possint placere, quæ parva sunt? In præfat. Homil. sup. *Cant. ad Damasum Papam*.
47. Illa quæ novimus, opinari nos potius quam tenere novimus: et æstimare magis, quam scire quod verum est. Sup. *Ecclesiasten*, cap. 2.
48. Verum bonum, non in æstimatione hominum, sed in pura conscientia absconditum est. HUGO A SANC-TO VICTORE. Lib. 3, *Didascali*, cap. 15.
49. Facilius existimatur res, cujus fructus agnoscitur. Lib. 3, *Didasc.*, cap. 14.
50. Nihil periculosius, quam sapientem se reputare. *Sup. Prov.*, cap. 26.
51. Vera rerum æstimatio surgit ex sapore rerum et cognitione. Sup. *Ecclesiasten*, cap. 2.
52. Invidiam animam, non potest intrare æstimatio bona. Sup. *Epist.* 1, *ad Cor.*, cap. 13.
53. Omnis homo secundum se æstimat alterum, nec potest melius sentire de alio, quam ipse senserit de se. *Prose.*
54. Fornicarius neminem æstimat castum, et castus non facile de fornicario suspicatur. Hom. 39, *Oper. imperf. sup. Matth.*
55. Perfectum odium et perfectus amor, iudicium rerum non cognoscunt. *Ibid.* Hom. 42, post med.
56. Sola opinio omnibus rebus pretium facit. Homil. 47, sup. *Epist.* 1, *ad Tim.*
57. Qualis haberi vis, talis esto: professionem tuam et habitum, et incensu demonstra. Lib. 2, *de Synonymis*, cap. 8.
58. Oportet incorruptibilem desiderio flagrantem pro nihilo ducere corruptioni obnoxia. Paren. 140.
59. Gravior decipiuntur, qui putant se aliquid esse, cum nihil sint. Ep. 107, *ad Amicum suum*.
60. Jacens animus plebeius est, qui nummulum thesauris regalibus anteposit. Serm. 22.
61. In æstimationis meæ lancibus gravius pensat sanctæ orationis obolus, quam auri talentum, vel copiosa mercantium multitudine gemmarum. Lib. 6, *Epist.* 1, *ad Hayonem Abbat.*
62. Aliud est, quod in agendo anteponitur: s. PROSPER. *Sentent.* 387.
63. Nos nihil sumus, et tamen magna de nobis æstimamus. *De Baptism. Christi*.
64. Res summe salubritatis non est minoris pretii per opinionis incertum. *Epist. ad Salonianum*.

65. Indecorum hoc sanæ mentis est, ut meliorem se esse estimet, comparatione peiorum. *Ibid.*, lib. 2, *ad Eccles. catholic.*
- THALASSIUS. 66. Miser homo, qui in operibus suis, corpus quam animam, et mundum quam Deum majoris facit. Hecatond. prima, sent. 76.
- S. THOMAS AQUINAS. 67. Ea quæ magna æstimamus, magis memorie infingimus. Prima secundæ, quæst. 47, art. 2.
68. Pretium rerum venalium non consideratur secundum gradum nature; sed secundum quod res in usum hominis veniunt. Secunda secundæ, quæst. 77, art. 7.
- THOMAS A KEMPIS. 69. De seipso nihil tenere, et de aliis semper bene et alte sentire, magna sapientia est, et perfectio. *Prose.*
70. Si videres alium aperte peccare, vel aliqua gravia perpetrare, non deberes te tamen meliorem æstimare, quia nescis quando possis in bono stare. Libro primo de *Imitatione Christi*, cap. 2, sect. 4.
71. Æstimationem in conspectu hominum habere, non bonum est: æstimationes enim istæ virtutem non habent: ne ergo velis in æstimationem apud homines haberi, sed magis fuge. S. ZENO. Sent. 55.
72. Omne genus humanum suo interitu, suisque calamitatibus delectatur, vilioiorem habens animam, quam pecuniam. Serm. 2, de *Avaritia*.
- SENTENTIA PAGANORUM.
- ARISTOTEL. 73. Possessio pluris ea æstimanda est, quæ pretiosissima et charissima est, atque pulchritudine virtutis excellit. Lib. 4, de *Moribus*, cap. 2.
74. Tanti res æstimanda est, non quanti tum esse videtur, cum eam quis habet, sed quanti priusquam eam haberet, æstimabat. *Ibid.*, lib. 9, cap. 4.
- SENeca. 75. Simplicitate opus est, et benigna rerum æstimatione. Lib. 2, de *Ira*, cap. 24.
76. Sepe (quod est incredibile) de facto, bene existimamus; de faciente, male. *Ibid.*, lib. 3, cap. 28.
77. Nemo non benignus est sui iudex: inde est ut omnia in seipso se existimet, et in solum accipiat: nec satis suo pretio se æstimatum putet. Lib. 2, de *Benefic.*, cap. 26.
78. Vide quam multi iniqui divinorum munerum mali estimatores sunt. *Ibid.*, cap. 29.
79. Remove existimationem hominum, dubia semper est, et in partem utramque dividitur. *Epist.* 26.
80. Neminem æstimamus in eo quod est, sed adjectivis illi et ea quibus adornatus est. *Pros.*
81. Atqui cum voles veram hominis æstimationem inire, et scire qualis sit, nudum inspice.
82. Ponat patrimonium, ponat honores, et aliis fortunæ mendacia, corpus ipsum exuat.
83. Tunc animum intueri qualis, quantumque sit, alieno, an suo magno. *Epist.* 76.
84. Si vis aliquem æstimare, totumque scire qualis sit, faciem solve, multum enim mali sub illa latet. Ep. 80.
85. Temporalia æstimatione nostra cara sunt: sed pretio suo villa. *Prose.*
86. Nescimus æstimare res, de quibus non cum fama, sed cum rerum natura deliberandum est.
87. Nihil habent ista magnificum, quæ æstimamus, quo montes in se nostras trahant, præter hoc, quod rari illa consuevimus.
88. Non enim quia concupiscenda sunt, æstimatione laudantur, sed concupiscuntur, quia laudata sunt.
89. Et cum singulorum error æstimationis publicum fecerit, singulorum errorem facit publicum. Ep. 84.
90. Si libertatem magno æstimamus, omnia parvo æstimanda sunt. *Epist.* 104.
91. Nihil pretiosum ducas, quod auferre a te possit homo malus. *Sentent.* 122.
92. Neminem propterea magni æstimas, quod pecunia divitiisque abundet. *Sentent.* 182.
93. Non eris sapiens, si te reputaveris sapientem. *Ibid.*, Sent. 188.
94. Deo ingratus est, qui non magni ducit sapientem. *Ibid.*, Sent. 220.
- Vide titul. *Affectio*, sent. 2.
- ÆTAS.
- Etymologia.* Ætas Græce *ἡλικία* dicitur, quod est *Ævitas*, et per syncope Ætas nominatur.
- Dicitur ætas quasi *Ævitas*, id est, similitudo, s. ISIDORUS ÆVI, nam ævum est ætas perpetua. Lib. 5, *Etymol.*, cap. 38.
- Divisio.* Septem sunt ætates, per quas vita præsens distinguitur: prima, est infantia, secunda, pueritia, tertia, adolescentia, quarta, juvenus, quinta, virilitas, sexta, senectus, septima, decrepita. Part. 4, tit. 7, cap. 5, § 6.
- Adolescentiæ pueritia, non reditura cedit: juvenus adolescentiæ, non mansura succedit: infans juvenutem senectus, senectus autem morte finitur. *Epist.* 3, *ad Marcellinum*, tom. 2.
- In infantia speratur pueritia, et in pueritia speratur adolescentia, et in adolescentia speratur juvenus, et in juvenute speratur gravitas, et in gravitate speratur senectus: senectus autem aliam ætatem, quam speret, non habet, quia noluit Deus. Ep. 110, *ad Eradium*.
- S. SIXTUS PAUL. COLLECTOR. S. ISIDORUS HISPALENS. S. ANTONIN. S. AUGUSTINUS

- s. ISIDORUS HISPALENSIS. Ætas proprie duobus modis dicitur, scilicet: Hominis, infantia, juvenus, senectus: et mundi: Prima est ab Adam usque ad Noe; secunda a Noe, usque ad Abraham; tertia ab Abraham, usque ad David; quarta a David, usque ad transmigratio- nem Babylonis; quinta, ad Adventum Salvatoris in carne; sexta, quae nunc agitur, usquequo mundus iste finiatur. Lib. 5, *Etymol.*, cap. 8.
- s. EUCHEBIUS LUGDUNENSIS. *Comparatio.* Velut ex alto undarum jactis aliis atque aliis supervenientibus, in littoris extrema franguntur: ita in terminum mortis, succiduae alliduntur ætates. In *Epist. parenet., ad Valerian.*
- SENTENTIAE PATRUM.
- s. AMBROSII. 1. Non prius incipit ætas augeri, quam minui. Lib. 2 *de vocal. gentium*, cap. 8.
2. Cui si quid adjectur spatii temporis, non ad hoc accedit, ut maneat: sed in hoc transit, ut pereat.
3. Perfecta est ætas, ubi perfecta est virtus. *De obitu Theodosti imp.*
4. Si ætas senectutis, vita sit immaculata; utique ætas adolescentiæ, est vitamacula. Lib. 5, *epist. 20, ad Horatianum.*
5. Puerilis ætas nihil suum novit, nullos honores sibi arrogat, præferre se alteri ignorat, fraudem nescit, vindicare sese nec vult, nec potest. Lib. 9, *epist. 71, ad Iren.*
6. Morum magis, quam annorum ætas, est consideranda. *Serm. 14, Psalm. cxviii, vers. 4.*
7. Ætates quaedam sunt meritum: nam et senectus morum invenitur in pueris, et innocentia infantium reperitur in senibus. *Serm. 53.*
- s. ANTONINI. 8. Ætas adolescentiæ labore amini, vel corporis exercenda est, et auctoritati senum subjicienda. *Part. 4, titul. 4, cap. 10, § 1.*
- s. AUGUSTINI. 9. Nulli nocet puerilis ætas, si fuerit mente perfectus: nec senilis proderit ætas, si fuerit parvulus mente vel sensu. *Prosecc.*
10. Saul, cum esset in senili ætate, quia in se malignam nequitiam habuit, de culmine regali expulsus est. *De salutaribus docum.*, cap. 43.
11. Cum accidit una ætas, altera moritur: veniente pueritia moritur infantia: veniente adolescentiæ moritur pueritia: veniente juvenute moritur adolescentiæ: veniente senectute moritur juvenus: veniente morte moritur omnis ætas. *Prosecc.*
12. Quot optas gradus ætatis, tot simul optas et mortes ætatum. *Sup. Psalm. cxxvii, vers. 6. Et videas bona Hierusalem, etc.*
13. Uterque sexus, et omnis ætas, habet sanctorum hominum imitationis exemplum. In *Catalyismo*, cap. 6.
14. Non in annis, sed in animis est perfectio. *De salutaribus docum.*, cap. 43.
15. Perfectus dicitur, non qui in ætate, sed qui in sese perfectus est. *Ibid.*
16. Ætas conjugatorum, est ætas præliantium: ipsi enim habent acriorem conflictum, ne libidinibus superentur. Lib. 1. *Quæst. evangel.*, quest. 9.
17. Sepe qui major est ætate, major est iniquitate. *Serm. 36, de Verb. Dom.*
18. Nihil differt a puero secundum ætatem, is qui puer est mente. *Quæst. 15, quest. diffuse explicat.*
19. Omnium ornatus ætatum est verecundia, s. BERNARDUS *Serm. 86, sup. Cant.*
20. Genus, ætas, scientia, insolentiæ sunt formes, et elationis occasio. *Epist. 42, ad Henricum Senonensem Archiep.*
21. Matura ætas multis laboribus exercitata, jam novit per experientiam, quod didicit per scientiam. *De ordine vite.*
22. Timor verecundus et castus, est omnium ætatum ornatus, sed in juvenili ætate amplius enitescit. *Titul. 6. Diate salutis, cap. 1.*
23. Omnis ætas ab adolescentiæ, in malum pronata est. In *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 12, quest. 1.
24. Prudentiam ætate ponderare minime convenit. *Apud D. Joann. Damas., lib. 3. Parallel., cap. 73.*
25. Quanto magis crescit ætas, tanto magis homo decrescit. *Epist., ad Damasum Pap. de morte D. Hieronymi.*
26. Cito transeunt dies nostri, utinam bene transcant. *Homil. 10, ad Monach.*
27. Ætatis ratio habenda est in penitentia. *Gloss. DECR. Apud Gratian. in Decretis.*
28. Sicut in corpore, ita sunt etiam ætates in mente. *Lib. 2. Moral., cap. 24.*
29. Nonnulli quo ætate crescunt, ab innocentia decrescunt. *Prosecc.*
30. Electis cum foris ætas corporis intus (si dici liceat) crescit ætas virtutis. *L. 21. Moral., c. 13.*
31. Infima ætas, etiam cum recte sapit; ad prædicandum non debet incaute proslire. *Lib. 11. Moral., cap. 4.*
32. Ætate crescit, qui in virum perfectum, mentis ætate proficit. *Lib. 2, in Regum, cap. 3.*
33. Turpe est senescere ætatem, non senescere lasciviam. *Orat. 3, de Sancto lavacro.*
34. In humano genere, id quod ætatis est pro- vecte, est imbecillum: quod autem est constantis ætatis, est immoderatum et insolens. *Hom. 4, sup. Ecclesiast.*
- s. BASIL. MAG. 35. Optima est ætas, quæ inter juvenutem et senectutem intercedit. *Ibid.*
36. Non omnis ætas omnes naturales complectitur operationes, neque per similia nobis procedit vita in ipsis ætatum differentis: sed in unoquoque tempore ætatis est aliquid aliud congruens ac conveniens. *Hom. 1, sup. Cantica.*
37. Sentisne quando infans, quando puer, quando juvenis, quando robuste ætatis, quando senex factus sis? quotidie morimur, quotidie comulatur, et tamen æternos nos esse credimus. *Ep. 3, ad Heliodor.*
38. Magna cœpisse, et excelsa sectari, perfecta ætatis gradum scandere est. *Ep. 4, ad Rustic.*
39. Cito flores pereunt, cito violas et lilium et crocum, pestilens aura corrumpit. *Ep. 7, ad Latam.*
40. Ætas optata cunctis, non viciniam mortis, quæ debetur mortalibus lege natura: sed cassa spe annorum nobis spatia pollicetur. *Ep. 2, ad Gerontium.*
41. Ætas mollis et tenera, in utramque partem flexibilis est; et quocumque duxeris, trahitur. *Epist. 12, ad Gaudentium.*
42. Impudicos senes, ætas lasciva condemnat. *Ep. 13, ad Paulinum.*
43. Ætatum diversitas, non mutat corporum veritatem. *Epist., ad Eustochium.*
44. In nullis ætatibus, libido tuta est. *Epist. 47, de Vitando suspecto contubernio.*
45. Omnis species hominum vernat in parvulis, floret in juvenibus, viget in perfectæ ætatis viris. *Prosecc.*
46. Et repente dum nescit, incanescit caput, rugatur facies, cutis prius extenta contrahitur, et extremo fine (id est, in senectute) vix moveri potest: ita ut non cognoscatur quis prior fuerit, sed pene in alium commutetur. *Ep. 17, ad Cyprian.*
47. Quamvis ætas longa videatur, tamen comparatione æternitatis brevis est. *Ibid.*
48. Nullus sic decrepita ætatis, ut non se adhuc uno plus anno vivere suspicietur. *Ibid.*
49. Per infantiam, pueritiam, juvenutem ac virilem ætatem, annosque ultimos senectutis mutatur, et currimus: et nescientes, ad mortis terminos pervenimus. *Lib. 3, sup. Amos, cap. 6.*
50. In parvulis floret ætas, in juvenibus conva- lescit et roboratur, in senibus tanquam in fructibus est, et postremum in decrepita senectute conficitur. *In Job, cap. 4, sup. illud. De mane usque ad vesperam succidentur.*
51. Non ætas temporis, sed maturitas mentis laudabilis est apud Deum. *Prosecc.*
52. Sicut enim mentis justitia, temporis supplet

- defectum: ita maturitas morum, redimit anno- sationem temporum. *Sup. Sapient., cap. 4.*
53. Modo est sexta ætas, quæ est morientium: septima, quiescentium; octava ætas, erit resur- gentium. *Sup. Epist. ad Rom., cap. 4.*
54. Si fueris sobrius, nihil te immatura no- cebit ætas; si fueris negligens, senectus tibi nihil prodesse poterit. *Expos. in superscriptionem Psalm. 30.*
55. Non ætas junior aut senior collaudatur, sed actus, et vita, et morum dignitas commen- datur. *Serm. de Hieremia propheta.*
56. Ætas cui non succeditur, finem vite pro- ximum comminatur. *Opus. 33.*
57. Prima ætas ad discendum, secunda ad exercitandum, tertia vero prævalet ad discernen- dum. *Lib. 1, de Erud. hom. cap. 14.*
58. Nullo omnino modo inter vite annos cen- sentur, qui in hujus mundi vanitate consumpti sunt. *In vita SS. Barlaam et Josaphat, cap. 18.*
- SENTENTIAE PAGANORUM.
59. Nihil differt ætatepuer, et moribus puerilis. *Primo Ethic.*
60. Nihil semper floret, ætas enim succedit ætati. *Orat. § 3.*
61. Ita sensim sine sensu ætas senescit: nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur. *De senect. 4.*
62. Breve tempus ætatis satis longum est ad bene honesteque vivendum. *Ibid.*
63. Quibus nihil est opis ad bene besterque vivendum, his omnis ætas gravis est. *Ibid.*
64. Extrema ætas bestior, quam media, eo quod auctoritatis habeat vix, minus laboris. *Ibid.*
65. Ut non omne vinum, sic non omnis ætas nature vetustate coalescit. *Ibid.*
66. Quæ ætas longa est, aut quid omnino ho- mini longum? *Lib. 1, Tusc. quæst.*
67. Acta ætas honeste ac splendide, tantam affert consolationem, ut eos qui ita vixerant, aut leviter pungat animi dolor. *Ibid., lib. 3.*
68. Nihil turpius est, quam grandis natu senex, qui nullum aliud argumentum habet, quo se probet diu vixisse, præter ætatem. *De tranquill. animi, cap. 3.*
69. Nemo restituet annos, nemo iterum te tibi reddet. *Prosecc.*
70. Ibi quæ cœpit ætas, nec cursum aut revo- cabit, aut supprimet; nihil tumultuabitur, nihil admovet velocitatis suæ.
71. Facta læbetur; non illa regitur imperio, non favore longius profert.
72. Sicut jussa est a primo die, curret, nusquam
- s. IERON. 35. Optima est ætas, quæ inter juvenutem et senectutem intercedit. *Ibid.*
- s. BERNARDUS 36. Non omnis ætas omnes naturales complectitur operationes, neque per similia nobis procedit vita in ipsis ætatum differentis: sed in unoquoque tempore ætatis est aliquid aliud congruens ac conveniens. *Hom. 1, sup. Cantica.*
- s. IERON. 37. Sentisne quando infans, quando puer, quando juvenis, quando robuste ætatis, quando senex factus sis? quotidie morimur, quotidie comulatur, et tamen æternos nos esse credimus. *Ep. 3, ad Heliodor.*
38. Magna cœpisse, et excelsa sectari, perfecta ætatis gradum scandere est. *Ep. 4, ad Rustic.*
39. Cito flores pereunt, cito violas et lilium et crocum, pestilens aura corrumpit. *Ep. 7, ad Latam.*
40. Ætas optata cunctis, non viciniam mortis, quæ debetur mortalibus lege natura: sed cassa spe annorum nobis spatia pollicetur. *Ep. 2, ad Gerontium.*
41. Ætas mollis et tenera, in utramque partem flexibilis est; et quocumque duxeris, trahitur. *Epist. 12, ad Gaudentium.*
42. Impudicos senes, ætas lasciva condemnat. *Ep. 13, ad Paulinum.*
43. Ætatum diversitas, non mutat corporum veritatem. *Epist., ad Eustochium.*
44. In nullis ætatibus, libido tuta est. *Epist. 47, de Vitando suspecto contubernio.*
45. Omnis species hominum vernat in parvulis, floret in juvenibus, viget in perfectæ ætatis viris. *Prosecc.*
46. Et repente dum nescit, incanescit caput, rugatur facies, cutis prius extenta contrahitur, et extremo fine (id est, in senectute) vix moveri potest: ita ut non cognoscatur quis prior fuerit, sed pene in alium commutetur. *Ep. 17, ad Cyprian.*
47. Quamvis ætas longa videatur, tamen comparatione æternitatis brevis est. *Ibid.*
48. Nullus sic decrepita ætatis, ut non se adhuc uno plus anno vivere suspicietur. *Ibid.*
49. Per infantiam, pueritiam, juvenutem ac virilem ætatem, annosque ultimos senectutis mutatur, et currimus: et nescientes, ad mortis terminos pervenimus. *Lib. 3, sup. Amos, cap. 6.*
50. In parvulis floret ætas, in juvenibus conva- lescit et roboratur, in senibus tanquam in fructibus est, et postremum in decrepita senectute conficitur. *In Job, cap. 4, sup. illud. De mane usque ad vesperam succidentur.*
51. Non ætas temporis, sed maturitas mentis laudabilis est apud Deum. *Prosecc.*
52. Sicut enim mentis justitia, temporis supplet
- s. PETRUS DAMIANUS. RICHARD. A. S. VICTORIS. IN VITIS. PATR.
- ARISTOTELES. CICERO. SENECA.
- HUGO CAND.

divertet, nusquam remorabitur. *De Brevitate vite*, cap. 8.

73. Infantiam in se pueritia convertit, pueritiam pubertatem, juvenentem senectutem, senectutem mors auferit. *De consol. ad Marcianum*, cap. 20.

74. Fructuosior est adolescentia, sed infantia dulcior. *Ep.* 9.

75. Jucundissima est ætas jam deversa, non tamen præceps. *Epist.* 12.

76. Unus dies, gradus est vite; tota ætas partibus constat, et orbis habet circumductos, majores minoribus. *Ibid.*

77. Clama mihi ipse: Numera annos tuos, et pudohit eadem velle, quæ volueras puer. *Epist.* 27.

78. Non est quod existimes ullam ætatem aptiorem esse ad bonam mentem, quam quæ multis experimentis, longa ac frequenti rerum patientia se domuit ac exercuit. *Epist.* 58.

79. Jam ætas nostra non descendit, sed cedit. *Epist.* 83.

80. Ætas inter externa est; quandiu sim, alienum est; quandiu vir bonus sim, meum est. *Epist.* 93.

81. Nulla ætas vacavit a culpa. *Epist.* 97.

82. Unicusque ætati suæ constitutio est: alia infanti, alia puero, alia seni. *Prosec.*

83. Alia est enim ætas infantis, pueri, adolescentis, senis: ego tamen idem sum, qui et infans fui, et puer, et adolescens.

84. Sic quamvis alia atque alia cuique ætatis suæ constitutio sit, conciliato tamen constitutionis suæ eadem est. *Epist.* 121.

85. Non refert quæ sit hominis ætas, sed quæ sit meta. *De remediis fortuitorum*, 2.

Vide etiam tit. abstinentia, sent. 63. Mors in genere, sent. 163. Pædagogus, sent. 9. Studium, sent. 34. Vinum, sent. 30.

ETERINITAS.

COLLECTOR. *Etymologia.* Æternitas græcè dicitur *αἰώνιος*, quasi *Æviterinitas*, seu *Evi æternitas*.
 S. ATHAN. MAC. *Definitio.* Æternitas, est quæ in æternum manet: porro non omne quod æternum est, sine principio dicitur; omne vero principio carens, etiam æternum dicitur. *De Definit.*
 S. AUGUST. Vera æternitas est, ubi temporis nihil est. *Tract.* 23. in cap. 5. *Joan.*
 V. BEDA. Æternitas, est incommutabilis substantia, cui non accedit *Fuit*, vel *erit*, sed solum *est*. *Sup. Psalm.* 101.
 BOETIUS. Æternitas, est interminabilis vite tota simul et perfecta possessio. *L. 5. de Consol. philos. prosa 6.*

Æternitas, est quasi momentum unum perpetuo consistens. *Sup. Psalm.* 2, vers. 7: *Ego hodie genuite.*

Dicitur æternum, cui certa meta, vel terminus non præfigitur. *Sup. Exod.* cap. 12.

Æternitas est, quæ excludit principium durationis, sed non principium originis. *In summ. part. 1., quest. 42, art. 2.*

SENTENTIE PATRUM.

1. Nondum tota, nondum pura est, nondumque plena libertas, quia nondum Æternitas. *Sup. Epist. ad Rom.* cap. 8, sup. illud: *Infelix ego homo, etc.*

2. Qui æternitatem non querit, fugit quod tenet, quia ejus intentio in illa gloria non figitur quæ sine fine possidetur. *Part. 1, tit. 6, cap. 7 § 1.*

3. O æterna veritas, et vera charitas, et chara æternitas! tibi suspiro die ac nocte. *Lib. 7. Confess.*, cap. 10.

4. Animus nullo modo sanus existimandus est, qui non temporalibus æterna præponit. *Epist.* 121, *ad Proclam.*, cap. 7.

5. Non satiat animam, cui vera et certa sedes est æternitas. *Prosec.*

6. Æternum autem ardentius diligatur adeptum quam desideratum. *Lib. 1, de Doct. Christiana*, cap. 38.

7. Melior est temporalis felicitas, quam misera æternitas. *Lib. 8, de civit. Dei* cap. 16.

8. Illi inhia, quo jucundius nihil invenies, quo melius, quo lætius, quo diuturnius; quid enim tam diuturnum, quam id quod est sempiternum? *Sup. Psalm.* 85. Vers. 4.

9. Æternitas nihil habet mutabile; ibi nihil est præteritum, quasi jam non sit; nihil est futurum, quasi nondum sit; sed non est ibi, nisi *est*. *Prosec.*

10. Non est ibi *Fuit* et *erit*: quia et quod *Fuit*, jam non est; et quod *erit*, nondum est; sed quicquid ibi est, non nisi *est*. *Sup. Psalm.* 101. vers. 25. *In generationem et generationem.*

11. Centum annorum spatium, nulla portio est in æternitate. *Prosec.*

12. Si enim (verbi gratia) centesima pars esset æternitatis, prædictum ejus spatium vel centuplum ejus spatium, vel milluplum, æternitas esse desineret.

13. Quod ratio non sinit æternitatis, quæ, si ullo modo, ullo tempore finiretur, æternitas non esset. *De triplici habitac.* cap. 3.

14. Omne æternum, æternitate æternum est; nam anima æterna, æternitatis participatione fit. *De quæst.* quest. 23.

FRANCISC. TITIELM.

HUGO CARD.

S. THOMAS AQUINAS.

S. ANSELM.

S. ANTONIN.

S. BERNARD.

S. AUGUSTIN.

S. BONAVENT.

S. BONAV.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. BONAVENT.

DIONYS. CARTHUS.

GLOSS. ORD.

15. Omnium rerum præstantissimum est, quod æternum est. *Prosec.*

16. Quid vero æternum est, et quod æternitate animam afficiat, nisi Deus? *Ibid.* quest. 33.

17. Fuisse et futurum esse, non est in æternitate, sed esse solum, quoniam æterna est; nam fuisse, et futurum esse, non est æternum. *Lib. 9. Confess.* cap. 10.

18. Nihil præterit in æterno, et nihil futurum est quia et quod præterit, esse desinit; et quod futurum est, nondum esse cepit. *Prosec.*

19. Æternitas tantummodo est, nec fuit, quasi jam non sit; nec erit, quasi adhuc non sit. *De vera Relig.* cap. 49.

20. Æternitatis quamdam imaginem perseverantia præ se fert: sola est cui æternitas redditur vel potius, quæ æternitati hominem reddit. *Lib. 5, de Consid.*

21. Æternitas, nisi perseveranter quaesita, minime invenitur. *Serm.* 2, *ad fratres.*

22. Æternis inhiant, fastidio sunt transitoria. *Epist.* 3.

23. Æternitas optabilis est maxime tribus de causis: scilicet, propter æternitatem hereditatis, ad summum bonum possidendum; propter æternitatem tranquillitatis, ad videndum; propter æternitatem juvenilitatis, ad fruendum. *Sup. Psalm.* 118, cap. 41. vers. 5.

24. Immensum est quod sine termino sequitur et parum est quicquid finitur. *In collat. de cons. temp. seculi.*

25. Quanto æterna magis amantur, tanto perfectius cognoscuntur. *De Itiner æternit. Dellin.* 5, dist. 1.

26. O felix mortale genus, si semper haberet æternum præ mente bonum, finemque timeret. *In Soliloq.* cap. 3.

27. Sensibili revelatio æternorum, ad æterna allicit. *In itineribus septem; de itin.* 5, dist. 3.

28. Corona nec habet principium, neque finem in figura, et significat æternitatem, quæ nec fine nec principio clauditur. *Ibid de itin.* septem, distinct. 7.

29. In æternitate nihil præteritum est, quasi desierit; nihil futurum, quasi nondum sit; sed quicquid æternum est, semper est. *Sup. Epist. ad Heb.* cap. 1, sup. illud: *Ego hodie genui te.*

30. Æternitas omnis temporis differentiam comprehendit. *Ibid.* sup. illud: *Ero illi in Patrem.*

31. Temporalia in hæc vita, Deus ad utendum dat: æterna, ad fruendum: illa, unde bona faciamus: ista, unde boni efficiamur. *Sup. Epist. 1 Ad Tim.* cap. 6, sup. illud: *Qui præstat nobis abunde, etc.*

32. Fuisse, vel futurum esse æternitas non s. GREGORIUS MAGNUS.

33. Spes in æternitatem animam erigit, et idcirco nulla mala exterius quæ tolerat, sentit. *Ibid.* lib. 6, cap. 13.

34. Sancti viri, qui ad æterna elevant, quam breve sit quod fine clauditur, pensant: et in eorum sensibus vilescit, quod præterit. *Ibid.* lib. 8, cap. 8.

35. Omnis homo in hujus vite exilio cecitatis suæ tenebris per culpam pressus, quantalibet vi ad æternitatis lumen intendat, penetrare non potest. *Lib. 3. Moral.* cap. 22.

36. Parvulus est, qui terrena diligit: magnus, qui æterna concupiscit. *Ibid.*, lib. 5, cap. 32.

37. In intentione operis æternitas, in usu vero temporalitas esse debet. *Ibid.* lib. 13, cap. 27.

38. Bonorum mens, quo duriora pro veritate tolerat, eo æternitatis premia certius sperat. *Ibid.* lib. 10, cap. 12.

39. Quisquis in solo æternitatis desiderio figitur, nec prosperitate attollitur, nec adversitate quassatur. *Lib. 10. Moral.* cap. 22, super illud *Job.* 2: *Requiescat, et non erit.*

40. Cum auditur æternitas, humano more longa sibi spatia proponuntur; sed quoties in æternitate ipsa cogitatur, æternitas necdum cognita est. *Lib. 16. Moral.* cap. 20.

41. Æternitas sine præterito est ante secula, sine futuro post secula, sine mora longa, sine præstolatione perpetua. *Ibid.*

42. Ut beati atque æterni simus in æternum, imitemur æternum; quia magna nobis est æternitas, imitatio æternitatis. *Ibid.* lib. 13, cap. 28.

43. Tanto quisque minus dolet quod desint æterna, quanto magis gaudet quod adsint temporalia. *Prosec.*

44. Et qui minus dolet quod desint temporalis, certius expectat ut adsint æterna. *Ibid.* lib. 22, cap. 2.

45. Locus humani cordis fit amor æternitatis. *Ibid.*, lib. 27, cap. 9.

46. Quanto magis æterna cognoscimus, tanto magis esse nos in hujus exilii miseria dolemus. *Hom.* 10, sup. *Ezech.*

47. Hi vitam carnis quasi permanentem diligunt, qui, quanta sit vite sequentis æternitas, non attendunt. *Lib. 8. Moral.*, cap. 8.

48. Qui ad appetenda æternitatis atria accenditur, dignum profecto est, ut tanto frigescat a studio seculi, quanto furgit ardentior in amorem Dei. *Ibid.*

49. Tanto nos necesse est instantius æterna

querere, quanto a nobis cognoscimus velociter temporalia fugisse. Lib. 3. *Dialog.* cap. 38.

50. Vera æternitas, et vera immortalitas, non est nisi in Deitate Trinitatis: cui quod est esse, perfectum est. *Sup. Septem Psalm. Penitent.* in Psal. 15. vers. 27.

S. HIERONYM. 51. Æternitati comparata, brevis est omnium temporum longitudo. *Epist. 17. ad Cyprian.*

52. Nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo gloria æternitatis acquiratur. *Epist. 1. ad Demetriadem.*

53. Exiguum temporis perituri, æternitatis est pretium. *Epist. 6. ad Amicum.*

54. Æternum neque initium ut esset habuit, neque cessare unquam potest esse quod est. In *Apologiam Pamphili ad Macharium.*

55. Temporalibus æterna sunt præponenda, caducis stabilia, sollicitis securiora, periculosis libera, inhonorificis clariora. In *Regula Monachor.* cap. 5.

HUGO A SANC-TO VICTORE. 56. Magna sunt afflictionis solatia, pretiosa meroris gaudia, gloriosa certaminis præmia: corporis immortalitas, animæ felicitas, utriusque æternitas. Lib. 1. *Miscellan. Codicis* 2. Titul. 74.

S. IGNATIUS MARTIR. 57. Nihil perpetuum, quod videtur; que enim videntur, temporalia sunt; que autem non videntur, æterna. *Epist. 13. ad Romanos.*

S. JOANNES CHRYSOST. 58. Nihil vetustum apud Deum, nec aliquid novitatis: sed totum sempiternum, æternitate plenum, nec initium habens, nec finem. *Hom. sup. illud Isaia: Gaude, Sion.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 59. Æternitatis fructus est virtus boni operis. Lib. 2. *de sum. bono.* cap. 1.

S. ISIDOR. PEL. 60. Nihil divinæ nature tam proprium ac peculiare est, nec quod expressus eam notet, quam æternitas. Lib. 3. *Epist. 18. ad Agathum presb.*

LACTANT. FIRMIAN. 61. Quibus annis saturari potest æternitas, cui nullus est finis? Lib. 1. *de falsa Relig.* cap. 12.

62. Temporalia sunt fugienda, ut ad æterna veniamus. In *Epitome divin. insit.*

S. PROSPER. 63. Æterna exultatio est ei, qui bono lætatur æterno. *Sent. 90.*

64. Vera æternitas Dei est, qui solus habet immortalitatem; quoniam ex nulla specie motuve mutatur. *Ibid.* sent. 183.

65. In quibusdam æternis, potest esse aliqua distantia; ipsa namque æternitas absque diversitate mensuræ est. *Ibid.* sent. 360.

ROBERTUS BELLARMIN. 66. Summum bonum est æterna felicitas; nam felicitas sine æternitate est felicitas misera, et æternitas sine felicitate, est æterna miseria. *Sup. Psalm. 90. vers. 16.*

67. Æternitas malorum res est tam misera, ut sine ea nullum supplicium grave, cum ea nullum leve judicari possit. *Concione 3. de cruciatibus gehennæ, part. 2.*

68. Nihil æternum, nisi post resurrectionem. *De Resurr.* cap. 38.

69. Nihil magnum tibi videatur ex omnibus quæ agis, nil grande, nil pretiosum et admirabile, nil reputatione appareat dignum, nil altum, nil vere laudabile et desiderabile, nisi quod æternum est. Lib. 3. *de Imitatione Christi,* cap. 4.

70. Omnis labor totius temporis, quo quis hic degit, nondum unius horæ tormentorum æternitatis gehennæ spatium habet. Lib. 3. *de vita Joannis.*

SENTENTIE PAGANORUM.

71. Est ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporum circumscripcio metitur, spatioque qualis ea sit, intelligi non potest. Lib. 1. *de Nat. Deorum.*

72. Quid videtur ei magnum in rebus humanis, cui æternitatis omnis nota sit magnitudo? Lib. 4. *Tuscul. quest.*

73. ERAT ET ERIT, æternæ essentia non recte attribuitur: dicimus tamen ERAT, EST ET ERIT: at revera illi est proprie, tantum quadrat. *Syzygia 3. in Dialogo Timæ.*

74. Immortales crede te manere in iudicio honores et pœnas. *Sent. 11.*
Vide etiam titul. *Vita æterna.*

AFFABILITAS.

Definitio. Affabilitas consistit in se habendo humaniter benigne cum aliis in verbis et gestis. Part. 1, titul. 1, cap. 3, § 2.

Affabilitas, est benignitas ac comitas erga omnes; quæ etiam erga illos est, qui similitum sunt morum, et erga amicos. *Sup. Epist. 1. B. Petri,* cap. 3.

Gratia affabilitatis est, in qua mutæ benevolentia alterius ad alterum affectuosus cultus ostenditur. *De fructu carnis et spiritus,* cap. 18.

Affabilitas est iustitia, qua quis inclinatur reddere alteri debitum in verbo, ratione qua est animal sociale. Part. 4, in *Descriptionibus terminorum,* cap. *Iustitia.*

Affabilitas est quedam specialis virtus, secundum quam inter se homines bene disponuntur, simul conviventes. 2. 2. *quest. 114.*

Affabilitas est habitus morum blandus et ductu facilis ad hominis amicitiam, habitus beneficiens hominibus. *Syzygia 6. de Definit.*

TERTULLIAN.
THOMAS A
KEMPIS.

IN VII. PATR.

CICERO.

PLATO.

SIXTUS PHEL.
SOPHUS.

S. ANTONIN.

GLOSS. ORD.

HUGO A SANC-TO VICTORE.

JOAN. GESS.

S. THOMAS
AQUINAS.

PLATO.

Comparatio. Sicut lapis nunquam oleum fundit, ita neque crudelitas humanitatem. *Hom. 12. sup. Joan.*

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROSIIUS. 1. Affabilitas sermonis ad conciliandam gratiam valet plurimum. Lib. 2. *Offic.* cap. 19.

S. BERNARD. 2. Affabilis socius, omnibus est officiosus, et nulli onerosus. In *Medit.* cap. 4.

3. Utilis est semper custodia oris, quæ tamen affabilitatis gratiam non excludat. Lib. 4. *de Consider.*

4. Non semper gladio, sed sæpe affabilitate vincitur inimicus. In *Epist. de cura et regimine rei familiaris.*

S. BONAVENT. 5. Cunctis esto benignus, nulli blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. *De quatuor 4. virt. cardin.*

6. Pessimum loquendi usum, quasi pro affabilitatis solatio, salutis adversarius introduxit. In *Speculo disciplin.* part. 1. cap. 20.

7. Benignitas et affabilitas facit hominem amabilem, gratum, beneficium, omnibus gratiosum. Lib. 2. *de præfect. Religios.* cap. 11.

8. Non affabilitas opportuna, sed loquacitas odiosa damnatur. In *Speculo discipl.* part. 1. cap. 20.

S. ELIGIUS. 9. Non impetrabit de divina pietate aliquid in precibus, qui ad preceam pauperis non fuerit humanus. *Hom. 11.*

S. EPHRAËM. 10. Simus affabiles parvis ac magnis, ut vanam effugiamus gloriam, cunctosque diaboli laqueos. In illud: *Attende tibi.* cap. 10.

S. GREG. NAZ. 11. Affabilem in congressibus, ac suavem in colloquiis esse oportet. Apud D. Joan. Damasc. lib. 1. *Parall.* cap. 33.

S. HIERONYM. 12. Solent lascivi et comptuli juvenes blandimentis, et affabilitate, aditum sibi ad virgines querere. *Epist. 12. ad Gaudentium.*

HUGO A S. VICTORE. 13. Affabilis est gravitas, non garrula; asperitatem monstrat, sed non est litigiosa. Lib. 1. *de Claustro anime,* cap. 16.

14. Affabilitas familiaræ facit. *Ibid.* lib. 3. cap. 5.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 15. Nihil magis gratiosum reddit hominem, quam modestia linguæ. *Sup. Ecclesiasticum,* cap. 42. *sup. illud: Et invenies gratiam.*

16. Nihil humanitate potentius. *Hom. 3. de David et Saule.*

17. Humanitas quavis stola magnificentior est. *Ibid.* *Hom. 2.*

18. Ne existimemus levem ac vilem esse hanc virtutem, nimirum affabilem sese præbere, atque hominum alioquius patere. Apud D. Joan. Damasc. lib. 1. *Parall.* cap. 35.

19. Promptus esto in affectu, affabilis in sermone, grato animo omnes affare. Lib. 2. *Elymod.* cap. 8.

20. Adsit honesta, et suavis affabilitas. *De Amicitia,* cap. 22.

SENTENTIE PAGANORUM.

21. Difficile est dictu quantopere conciliat animos comitas affabilitasque sermonis. Lib. 2. *de Offic.*

22. Affabilem te, dum vivis, omnibus; desiderabilem, cum excesseris, reddis. Lib. 3. *de Ira.* cap. 43.

23. Si benignus sis erga indigentes, magnus SIRTUS PHIL. eris apud Deum. *Sent. 15.*

24. Verba tua, pietate semper plena sint. *Ibid.*

AFFECTIO.

Definitio. Affectus est spontanea quedam ac dulcis ipsius animi ad aliquem inclinatio. *De Spiritu et Anima,* cap. 50.

Affectio, est conservatio benevolentia, vel dilectionis. Lib. 2. *Stromat.*

Dictio. Est affectio, quam caro gignit; et est, quam ratio regit, et est, quam condit sapientia. *Prosec.*

Prima dulcis, sed turpis; secunda sicca, sed fortis; ultima pinguis, et suavis est. *Serm. 50. sup. Cant.*

Affectio aliquando bona est, aliquando mala: si mala est, vocatur cupiditas; si bona est, vocatur charitas. *Prosec.*

Malam sequitur perniciosa delectatio, bonam vero delectatio, fructuosa. In *Psalm. ix. sup. illud: In laqueo isto,* etc.

Tres sunt animæ affectiones, ignorantio, opinio, scientia. *Prosec.*

Qui in ignorantie versantur, sunt gentes; qui in scientia, vera Ecclesia; qui vero in opinione, ii qui sectantur hæreses. Lib. 7. *Stromat.*

Infiniti sunt affectus. Est affectus dilectionis, cum mens vivens, vel reminiscens id quod amat, subito amoris igne corrigitur. *Prosec.*

Est affectus admirationis, cum aliquod novum et admirabile contemplanus, in stuporem excitatur.

Est affectus congratulationis, cum acceptabile aliquid, et beneplacitum videns, quadam hilaritate perfunditur.

Est affectus humilitatis, quando ex consideratione infirmitatis suæ, ab elatione sua sponte comprimitur.

CICERO.

SENECA.

SIRTUS PHIL.

IBID.

AUGUSTIN.

CLEM. ALEX.

S. BERNARD.

V. BEDA.

CLEM. ALEX.

HUGO A S.

VICTORE.

Est affectus mororis, quando ex consideratione malorum suorum quodammodo contabescens, infirmatur.

Est affectus timoris, quando ex consideratione imminutionum penarum concutitur.

Est affectus indignationis, quando in odium adversariorum, ex ipsa iniquitatis eorum magnitudine inflammatur.

Est affectus zeli, quando ex amore justitiæ, ad desiderium ultionis accenditur.

Est affectus bonæ presumptionis, quando ex nova aliqua, et singulari fiducia, ad vindicandum plus solito quidpiam animatu. *De modo Orandi.* cap. 7.

S. JOAN. CLIM. *Productio.* Affectio vitiosa, et a fornicatione, et ab inani gloria, et ab avaritia, atque a gastrimargia, aliis quoque plurimus oritur. Gradu 26. apud Bibl. Patr.

Non est affectus amor, sed amoris origo. *De Charitate*, cap. 49.

PETRUS BLES. *Comparatio.* Affectio carnalis est sicut murus inter Deum et animam. *Prose.*

S. THOMAS AQUINAS. Sicut oratio pura purificat et illuminat, iustificat, fortificat, et impinguit: sic carnalis affectio et immunda mentem inficit et obscurat, contristat, debilitat et siccatur. In suis opus. *de periculo familiaritatis.*

LACT. FIRM. Sicut recte ambulare, bonum est, errare autem, malum: sic moveri affectibus in rectum, bonum est, in pravum, malum. Lib. 6. *de Vero cultu*, cap. 16.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS. 1. Affectus tuus nomen imponit operi tuo. Lib. 1. *Offic.* cap. 30.

2. Affectus prelium rebus imponit. *Ibid.*

3. Nihil affectu sapientis dicitur, nihil insipientis egentius. Lib. 3. *Epist.* 10. *ad Simplicitianum.*

4. Affectus dives egere non novit. *De Nabuth.*, cap. 2.

5. Affectus mulieris erga bonos viros, licet sanatus de facili degenerat in carnalem, quia fragilis est nature. Part. 3. titul. 16. cap. 1.

S. AUGUSTIN. 6. Affectus sine ratione, motus bestialis est ad quæcumque illicita pronus. *De Amicitia*, cap. 9.

7. Affectus infidus, et instabilis, et impuris mixtus semper amoribus, spiritualis amoris venenum est. *Ibid.*

8. Carnalem affectum, et in nobis et in nostris, militia Christiana, ut pericamur, hortatur. *Epist.* 38. *ad Latum.*

9. Prævolat intellectus, et tarde sequitur, et aliquando non sequitur humanus atque infirmus affectus. *Sup. Psalm.* cxviii.

10. Præcedit visio, et sequitur affectio. *Tracl.* 18, in cap. 3. *Joan.*

11. Nihil ita Deum inclinat ad pietatem et misericordiam, quemadmodum purus mentis affectus. *De spiritu et anima*, cap. 30.

12. Non solum a corpore ad animam transeunt affectus: sed etiam ab anima sumpto initio, et velut per corpora peragantur, in mente periciuntur. *De Virgin.*

13. Qui animam corpori per affectus commisit, utriusque ad vitam utilitatem male sperdunt: dum et animam splendidam ad lucidam existentem, limo carnalium ex voluptate affectuum totam turbant. *Ibid.*

14. Affectus carnis, nisi mentes jure domantur, unumquemque hominem ducunt ad perditionem. In suis *Proc.* verbo *Affectus.*

15. Affectiones, que corrupto corpore passionibus diversis afficiuntur, mitigari nunquam possunt (ne dicam sanari) donec voluntas unum querat, et tendat ad unum. *Serm.* 3, in *Ascens. Hon.*

16. Duo sunt, que in nobis purganda sunt, intellectus et affectus: intellectus, ut noverit: affectus, ut velit. *Ibid.*

17. Tepidi raro affectiones suas dirigunt ad Deum. *Ibid.*

18. Affectu intellectui, et intellectu affectui repugnante, vila infernalis est. *16. Serm.* 6.

19. Affectio in voluntate consistit. *Serm.* *de Triplici judicio.*

20. Ex cordis affectu, non belli eventu, vel periculum, vel victoria Christiani pensatur. In *Serm.* *ad Milites templi*, cap. 1.

21. In mente sobria, ferventior affectus est. *Serm.* 28, sup. *Cantica.*

22. Humanum et necesse est affici erga caros; sive delectabiliter cum præsto sunt: sive cum absent, modeste. *Ibid.*

23. Cedit fastus, ubi invalescit affectus. *Ibid.* *Serm.* 45.

24. Non expectatur ratio, ubi affectio trahit. *Epist.* 12, *ad Carthusianum.*

25. Non potest ita affectum exprimere digitus, quemodo vultus. *Epist.* 66; *ad Gaufrid. abbat.*

26. Non opus est verborum multitudine, ubi multum urget affectus. *Epist.* 317, *ad sancti Malachian Archiepisc. Hiberniæ.*

27. Cum improbus affectus se aperit, perit effectus. *Ep.* 126, *ad Epis. Aquit.*

28. Potest ratio, vel voluntas affectui effectum subtrahere, sed non potest ipsum affectum evellere. *Epist.* 70, *ad Guid. abbat.*

29. Affectus contractus inferius, et constrictus inferius, sublevatur superius, et dilatatur exterius. *Proc.*

S. BASILIUS MAGNUS.

V. BEDA.

S. BENARD.

DIONYSIUS CARTHUS.

S. EUSEBIUS EMISSEN.

GILBERTUS FORBETANUS.

GLOSS. INT.

S. GREGORIUS MAGNUS.

S. HIERONYM.

30. Contrahit affectum inferius timor pœnæ, constringit interius dolor culpæ: sublevat superius spes veniæ: dilatat exterius amor justitiæ. *Exposit.* 2, sup. *Psalin.* cxviii. *Capitul.* 8, art. 2. *Versicul.* 42.

31. Si cesset aliquando actus, nunquam debet tamen cessare affectus. *Serm.* 5, *de uno Confess.*

32. Melior est affectus amoris, quam timoris. In *Fasciculario*, cap. 7.

33. Affectio charitativa, plena est jucunditate. In *Itineribus septem*, *itin.* 4, dist. 3.

34. Quæ inordinatæ affectionis sunt, non careant periculis. *Sup. Hymn.* *ad Sextam.*

35. Quando in nobis carnalium rerum vixerit appetitus, spiritualium a nobis sensuum elongabitur affectus. *Serm.* *contra diversa vitia.*

36. Insensibilem pene reddit affectum frequens cura mundi, et quasi callum quemdam menti obducit. *Serm.* 1, sup. *Cant.*

37. Affectiones dulces et sanctæ, sunt sponse aromata. *Ibid.* *Serm.* 38.

38. Ecce verus Deum amantium affectus, vel cum eo vivere, vel cum eo mori. *Sup. Joan.*, cap. 41, sup. *illud: Et moriamur cum eo.*

39. Intellectus cum intenditur, ejus in Deum ardentior affectus aperitur. *Lib.* 20. *Moral.*, cap. 22.

40. Affectus ad promerenda cœlestia tanto fit capax, quanto fuerit expectando longanimis. *Ibid.*

41. Quid gravius atque onustius esse potest, quam affectionem sæculi prætereventis perpeti? *Lib.* 1. *Moral.*, cap. 7.

42. Affectus terreni in infimis sunt: spirituales in sublimi. *Lib.* 8, in *I Reg.* cap. 3.

43. Ante Dei oculos tot gressus ponimus, quot affectus movemus. *Lib.* 25. *Moral.*, cap. 3.

44. Signum veri amoris non est in affectione animi, sed in studio bonæ operationis. *Lib.* 2, in *I Reg.*, cap. 3.

45. Affectus cordis intenti cœlestibus, contra carnis bellum fortes milites sunt. *Ibid.*, lib. 8, cap. 4.

46. Necessè est, ut in quoscumque mens trahitur, trahatur affectus. *Epist.* 22, *ad Eustochium.*

47. Multa nos facere cogit affectus, et dum propinquitatem respiciamus corporum, et corporis, et animæ offendimus Creatorem. *Epist.* 6, *ad Fabio'am.*

48. Nunquam in carnalibus affectionibus ita requiescit animus, ut cruciatus careat. In *Regula monach.*, cap. 18.

49. Nullus est inter eos fidus affectus, quorum diversa fides est. *Lib.* 1, sup. *Matth.*, cap. 10, sup. *illud: Tradet autem frater fratrem.*

50. Religiosus nullum affectum sciit, nisi ejus cuius cutui dedicatus est. *Lib.* 1, sup. *Matth.*, cap. 5.

51. Affectus boni animi, semper proclivis est ad pietatem. *Sup. Genes.*, cap. 43.

52. Durum est cor sine affectione. *Sup. Exod.*, cap. 8.

53. Affectus noster, sponsus est summæ suavitatis, sive honestatis: ex quorum conjunctione generantur sancta desideria, amores casti, dolores salutariter, fletus dulces, devotia pia. *Sup. Prov.*, cap. 2.

54. Perniciosi affectus, tela sunt diaboli. *Hom.* 3, sup. *Genes.*

55. Affectioibus imperare, animarum est medicina. *Ibid.* *Hom.* 27.

56. Naturalem affectum vincit interveniens gratia. *Hom.* 3. *de fide Anna.*

57. Vinculum hujus sæculi est, terrenarum rerum affectio. *Hom.* 66, sup. *Joan.*

58. Affectio obtinebat sæpe judicium. *Hom.* 28, sup. *Acta Apost.* in *Moral.*

59. Sunt multi homines sic affecti, quasi nunquam morituri. *Ibid.* *Hom.* 47.

60. Affectio pensatur periculis. *Serm.* 6. *Feziz.* 5. *Passionis.*

61. Magnorum affectum est dilectos invicem habere. *Serm.* 8, sup. *Epist. ad Rom.*, in *Moral.*

62. Affectus carnis, sunt delicæ, ac voluptatum oblectamenta: affectus carnis, sunt avaritia, et omne peccatum. *Serm.* sup. *Epist. ad Ephes.* in *Moral.*

63. Ad præsentem vitam nimium affici, alienum est a professione Christiana. *Serm.* 13, sup. *Epist. ad Philipp.*

64. Qui affectiones malas sopit, multa requie fruitur. *Hom.* 9, sup. *Genes.*

65. Præstabilius est homini servum effici, atque adeo servorum servum, quam a turbidis animi affectibus in servitutum trahi. *Lib.* 1. *Parall.*, cap. 12.

66. Animorum affectiones, etiam ex vita declarantur. *Epist.* *ad Zenam.*

67. Affectus vitia non sunt: sed vitia fiunt, si male utatur affectibus: virtutes, si bene. *Lib.* 6. *de Vero cultu*, cap. 16.

68. Affectus detrahi non possunt, quia nobiscum simul nati sunt. *Ibid.* cap. 15.

69. Tres sunt affectus, qui homines in omnia facinorosa præcipites agunt: ira, cupiditas, libido, voluptates. *Ibid.* cap. 19.

70. Ex affectibus plurimum, benignitatis mansura taxatur. *Serm.* 4. *Quadrag.*

71. Magnum quiddam est, erga res animo non affici: sed multo majus est, erga harum cogita-

HUGO CARD.

S. JOANNES CHERYST.

S. JOAN. D.M.

S. JUSTINUS MART.

LACTANT. FIRMIAN.

S. LEO I. PAPA.

S. MAXIMUS MART.

fiones multa affectione conturbatum, et quietum perdurare. Cent. 3. *De Charitate*, cap. 38.

S. NILUS. 72. Ad virtutem tendentibus magno est impedimento rerum affectio terrenarum: animoque, ac sepe etiam corpori perniciam affert. In lib. *Asaetico*.

PAULINUS. 73. Nunquam in carnalibus affectionibus requiescit animus: dum necessitudines suas aut bonas amat, cum amittendi metu, aut malas odit cum amittendi voto, in utroque miseris sustinendis semper obnoxius. *Epist. ad quemdam militem*.

PETRUS CEL-
LENSIS. 74. Si vitiosa est affectio, improbitas est: si justa, virtus est, et admittenda. Lib. 8. *Epist.* 4.

PETR. DAM. 75. Effectum boni operis adhibet, qui pii cordis movet affectum. Lib. 7. *Epist.* 17, *ad Raynerium*.

S. PROSPER. 76. Diversitas humane affectionis, ex diversitate voluntatis est: quæ si prava est, perversis erit moribus inquietata: si autem recta non, non solum non culpabilis affectio hominis erit, sed etiam laudabilis. *Sent.* 151.

THALASSIUS. 77. Affectiones turpes, mentis vincula sunt, quibus in carnalibus operibus detinetur. *Hecaton-tide* 3. *Sent.* 41.

78. Mens cui affectiones imperant, cogitat quæ non decent. *Ibid.* *sent.* 4.

79. Male cogitationis dux est affectio: affectionis auctor, sensus: quo ut male utamur, in causa est mens. *Ibid.*

80. Mens affectionibus referta, officina est malarum cogitationum. *Ibid.* *sent.* 77.

S. THOMAS
AQUINAS. 81. Quanto quis est impetuosior in interioribus affectionibus, tanto difficilius refrænatur etiam in exterioribus. *Sup. Ep. ad Tit.* cap. 3.

SENTENTIA PAGANORUM.

SENECA. 82. Ille in nos dominatur affectus, qui animum primus intravit. Lib. 1. *Controv.* *controvers.* 8.

83. Nihil rationis est, ubi semel affectus inductus est, jusque illi aliquid voluntate nostra datum est: facit enim de cætero quantum volet, non quantum permiseris. Lib. 1. *de Ira*, cap. 8.

84. Nulli sunt tam feri, et sui juris affectus, ut non disciplina perdomentur. *Ibid.* lib. 2, cap. 12.

85. Nullus affectus est, in quem non ira dominetur. *Ibid.* lib. 2, cap. 37.

86. Non dominatur mala affectio in mentis fidelis. *Sent.* 94.

SIXTUS PHILO-
SOPHUS. 87. Omnis mala affectio animi, rationi est inimica. *Ibid.* *Sent.* 193.

88. Quidquid feceris animo male affecto, penitentibus. *Ibid.* *Sent.* 196.

89. Affectiones prave, ægritudinum sunt inimicæ. *Ibid.* *Sent.* 197.

AFFECTIONES QUATUOR ANIMI.

DEFINITIO. Affectiones quatuor sunt appetitus sensitivi motiones, immediate efficientes extraordinarium corporis transmutationem.

SENTENTIA PATRUM.

1. Sunt animæ velut quatuor equi, quatuor affectiones; ira, cupiditas, voluptas, timor: quibus furentibus cum coeperit agi, nequaquam se ipsa cognoscit. Lib. 1, *de Virginitate*.

2. Sunt quatuor affectiones; scilicet, gaudium, dolor, spes et timor. *Prosec.*

3. Præter due sunt circa præsentia, vel præterita; et alie due, sunt circa futura. *De mensuratione crucis*, verbo *Sublimitas*.

4. Affectiones quatuor animi eadem memoria continet, non illo modo quo eas habet ipse animus cum patitur: sed alio multum diverso, sicut se habet vis memorie. Lib. 10. *Conf.* cap. 13.

5. Nequitia est mundum istum diligere, et ea que nascuntur et transeunt concupiscere, et pro his laborare, ut acquirantur: et letari, cum abundaverint; et timere ne pereant: et contristari, cum pereant. *De Agone Christiano*, cap. 13.

6. Quatuor affectiones, motus animorum sunt: lætitia, animi diffusio: tristitia, animi contractio: cupiditas, animi progressio: timor, animi fuga est. *Prosec.*

7. Diffunderis animo, cum delectaris: contraheris animo, cum molestaris: progredieris animo, cum appetis: fugis animo, cum metuis. *Tract.* 46, in cap. 10. *Joan.*

8. Affectus quadripartitus esse cognoscitur: dum de eo quod amamus, jam gaudemus, vel gaudendum speramus: et de eo quod odimus, jam dolemus, vel dolendum metuimus. *De Spiritu et Anima*, cap. 4.

9. De concupiscibilitate, gaudium et spes; et de irascibilitate, dolor et metus oriuntur. *Ibid.*

10. Quatuor affectus animi, omnium sunt vitiorum et virtutum quasi quedam principia, et communis materia. *Ibid.*

11. Habet anima affectiones, quibus exercetur ad virtutes; dolor namque de peccato, timor de suppliciis, desiderium de promissis, gaudium de præmiis, quadam exercitia sunt virtutum. *Ibid.* cap. 20.

12. Voluntas bona, voluntas superni ardoris accensa, sive amore, sive timore, sive gaudio, sive tristitia, quæcumque amara et aspera sufferat, charitas dei est. *De patientia*, cap. 25.

13. Amor inhians habere quod amat, cupiditas est; id autem habens, eoque fruens lætitia,

est: fugiens quod ei adversatur, timor est: idque si acciderit, tristitia est. Lib. 14. *de civit. Dei*, cap. 7.

14. Cives sanctæ civitatis Dei, in hujus vite peregrinatione secundum Deum viventes, metuunt cupiuntque, dolent gaudentque: et quia rectus est amor eorum, istas omnes affectiones rectas habent. *Prosec.*

15. Metuunt penam æternam, cupiunt vitam æternam; dolent in re, gaudent in spe.

16. Metuunt peccare, cupiunt perseverare; dolent in peccatis, gaudent in operibus bonis.

17. Metuunt tentari, cupiunt tentari; dolent in tentationibus, gaudent in tentationibus. *Ibid.* cap. 9.

18. Quem non exanimat metus, nec cupiditas eum vastat, nec ægritudo macerat, nec ventilat gestiens, et vana lætitia. *De LXXXIII quaest.*, quaest. 33.

S. BERNARD. 19. Totum cor in quatuor affectionibus est; quid diligas, quid metuas; unde gaudeas, aut contristeris. *Serm.* 2. *de Quadrag.*

20. Iram, metum, cupiditatem, et gaudium, veluti quemdam animi curram bonus auriga regit, et in captivitatem redigit omnem carnalem affectionem. *Ibid.*

21. Affectiones quatuor sunt notissimæ: scilicet, amor et lætitia, timor et tristitia. *Prosec.*

22. Absque his non subsistit humana anima; sed quibusdam sunt in coronam, quibusdam in confusionem.

23. In initio timor, deinde lætitia, postea tristitia, in consummatione amor.

24. De timore et lætitia nascitur prudentia, et est timor causa prudentia, lætitia fructus.

25. De lætitia et tristitia nascitur temperantia, cujus est tristitia causa temperantia, lætitia fructus.

26. De tristitia et amore nascitur fortitudo, et est tristitia causa fortitudinis, amor fructus.

27. De amore et timore nascitur justitia, et est timor causa justitiæ, amor fructus.

28. Si timorem sequatur tristitia, desperationem generat; si amorem lætitia, dissolutionem. *Serm.* 6. *parvor. Serm.*

29. Habent suas voces affectus, per quas se etiam, cum nolunt, produunt: timor metuculosas, dolor gemebundas, amor placidas, gaudium jucundas. *Serm.* 67. *sup. Cent.*

30. Tu quoque si vis lumine claro cernere verum,

Tramite recto carpere callem: gaudia pelle, Pelle timorem, spemque fugato, nec dolor adsit. Lib. 1. *de Consol. philos.*

S. BONAVENT. 31. Qui nimis seipsum diligit, seipsum nimis

diligendo plus debito afficitur, circa quod bonum sperando et gaudente de ejus presentia; timendo et dolendo de ejus absentia. *Sup. Lucam*, cap. 17.

32. Fervor devotionis est crux spiritus, cujus quatuor sunt brachia, sc. amor, spes, timor et dolor. Spes sursum, timor deorsum; amor a dextris, et dolor a sinistris. *Ibid.* cap. 23.

33. Animæ proprium est metuere, desiderare, s. FULGENT. tristari et gaudere. Lib. 3. *ad Trasimundum Regem*, cap. 21.

34. Mens, a secreti interioris securo gaudio s. GREG. MAG. exclusa, modo spe dejectur, modo pavore vexatur, modo deficiente dolore dejectur, modo falsa hilaritate relevatur. Lib. 8. *Moral.* cap. 20.

35. Modis nos alternantibus, semper cupido concutit, metus frangit, lætitia mulcet, dolor affligit. *Ibid.* Lib. 10. cap. 9.

36. Perturbationes quatuor uno, et non pleno s. HIERONYM. versiculo, illustri Poeta comprehendit: hi metuunt, cupiuntque, hoc de futuro: dolent, gaudentque, hoc de presentia. *Sup. Joel.* cap. 1.

37. Non solum in desideris et cupiditate continentia necessaria est, sed etiam in tribus reliquis perturbationibus, dolore scilicet, lætitia et timore. Lib. 3. *sup. Epist. ad Galat.* cap. 5.

38. Quatuor sunt animi affectiones: scilicet, amor et timor, dolor et gaudium. *Prosec.*

39. Timemus quæ non oportet, amamus quæ non decet: dolemus vane, gaudemus vanis. *Sup. Genes.* cap. 46.

40. Sunt quatuor affectiones: scilicet, desiderium, gaudium, timor et tristitia: hæ quatuor in anima, quasi in rota fortune in hac vita voluntur. *Prosec.*

41. Nam anima ipsa per timorem ascendit, jacet deorsum per tristitiam, surgit per desiderium, stat per gaudium. *Sup. Cant.* cap. 8.

42. Fere omnes homines quatuor cordis affectiones: scilicet amorem, gaudium, spem et timorem, in terrenis figunt. *Sup. Apocal.* cap. 6.

43. Nullatenus valet vivacitas mentis, absque alicujus desiderii vel timoris, gaudii vel moreris affectione subsistere, nisi hæ eadem in bonam partem fuerint immutata. In *Collat.* 12. *Abbat. Charemonis*, cap. 5.

44. Totum cor hominis quatuor affectionibus est perversum, quas si ad Deum reducimus, totum cor hominis est conversum. *Part.* 1, *tract.* 2. *de Regione Claustralium*, art. 2.

45. Quatuor sunt qualitates affectionum, quibus mens justi lædio salubri compungitur: hoc est, memoria præteritorum facinorum, recordatio futurarum penarum, consideratio peregrinationis sue, et desiderium supernæ patriæ. Lib. 2. *de Sum. bono*, cap. 12.

JOAN. CASS.

JOAN. TRIT.

S. ISIDORUS
HISPAL.